mus sonat cõfessionem laudis. ⁊ est ḋ eter
na leticia. Quia igit omnis illa laus cõfes
sionis siue actio ad gaudiũ ⁊ dei glorifica=
tionẽ tendit. merito ab alla concludenduz
est. Et qm̃ eadẽ actio nihil aliud ẽ q̃z laus
dei. ideo ad hoc ostendendũ post hos sex
dies cõtinue canit sine rñsorijs alla. Ter=
tio ideo in his sex dieb⁹ hoc fit. qz senari⁹
numerus ad opa sicut septenarius ad req̃
em refert. Qui em̃ vult puenire ad requi
em oportet eũ pmo toto tpe pñtis vite bñ
operari. Circa hoc sciẽdũ est q̃ eccl̃ia his
diebus sãctoz actũ in corpore cũ fine leti=
cie recolit. sic incipiens actũ vt ptingat ad
quietẽ. primus dies mandat actum. septi
mus req̃em gestat. octauus glorificat. Nẽ
pe rñsoriũ illã actõnẽ significat quã sancti
in resurrectiõe corpoz exercebunt. anime
q̃pe sctõz añ resurrectõez corpoz in q̃ete
sunt. ꝗ dũ illã recipient i actiõe erũt. et tũc
sic erit actio vt nõ desinat quies. In quie
te quidẽ erũt qz nõ laborabũt nec cogitati
onib⁹ fluctuabũt. nec erit et in q̃ete illa se=

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gnicies desidiosa. ⁊ sic ab hꝰ vite opibus i fine quiescẽt. vt in alteriꝰ vite actione gaudeant. Hec aũt actio ideo nobis p numeꝝ senariũ i memoriã ꝛducit. qꝛ sicut septenarius numerꝰ requiẽ ita senarius opa rñsoriozuz significat. Per rñsoria em̃ intelligimus sctõꝝ actões q̃ erũt cũ oi leticia vt iã dictũ est. Et nota q̃ p̃dicti versus q̃ canũtur his septẽ diebus cuz rñsoriis dicũt eo ordine q̃ positi sunt i psalmo Cõfitemi. vñ sũpti sũt. excepti duobꝰ q̃ i q̃busdã ecclis p̃postere ponunt. Nã i q̃nta feria dicunt ꝟsum. Bñdictꝰ q̃ venit i noie dñi ⁊c. q̃ ibi ponit vltio. Et in sexta feria ꝟsum. Lapidẽ quẽ reprobauerũt edificãtes ⁊c. ⁊ ꝟ ideo qꝛ in illa pleniꝰ agit de passiõe saluatoris q̃ i alijs versibꝰ ibi positi. ⁊ iõ merito illa die cantat in qua passus fuit. Nec ẽ omittendũ q̃ in quibusdã ecclesijs in his septẽ diebꝰ duo cũ albis suppellicijs incipiunt rñsoriũ. Hec dies. Et in alijs quosdã tropos post altare. qd̃ rep̃sentat sepulcruz p eo q̃ corpus ihu in eo sacramentalit collocatur ⁊ ꝓsecrat. gerẽtes typũ duoꝝ angeloꝝ q̃ stãtes i sepulcro xp̃m resurrexisse retulerũt. Verba em̃ illa. Hec dies ⁊c. ad resurrectõis diẽ ptinere noscũt. Rursus cãtando pꝰ altare repñtãt apl'os ⁊ mulieres timẽtes. ⁊ xp̃m resurrexisse dicere publice formidãtes. Fit aũt hoc ad laudes ad tertiã ⁊ ad vespas. Primo eo q̃ i his tribus spãl'r horis xp̃i passio est expleta. nã mane captus ⁊ illusus. in tertia flagellatus ⁊ linguis crucifixus. in vespis d̃ cruce depositꝰ ⁊ sepultus est. Scd̃o i signũ q̃ resurrectõ tribus vicibꝰ nunciata ẽ. Primũ ꝓm marcũ ⁊ matheũ p vnũ angelũ q̃ ꝓm Aug. stabat in monumẽto nõ directe sed quasi ad ostiũ. Scd̃o p duos angelos q̃ ꝓm iohem stabant intus. Tertio p ipm̃ xp̃m iuxꝫ monumentũ. Fit etiã hoc in quibusdã ecclesijs ad missam eo q̃ illa in altari celebrat super qd̃ xp̃i corpꝰ ꝓsecrat. Jõ aũt a pascha vsq̃ ad octauã penthecostes canit al'a fere i oibꝰ antiphonis ⁊ rñsorijs nocturnalibus ⁊ in offerendis ⁊ postcõmunionibus vt celebratio tpis pꝰ resurrectionez: reducat nobis ad memoriã vitã cõtẽplatiuã. sicut tp̃s qd̃ est añ pasca reducat actiuã Tẽpus em̃ añ pascha qd̃ in ieiunijs. ⁊ orationibꝰ agimꝰ significat erũnas huiꝰ vite ⁊ tribulationẽ captiuitatẽ. in qua dũ sumꝰ cantica leticie subticemus. Tẽpꝰ ꝟo pꝰ pasca significat beatitudinẽ ⁊ ppetuã exultationem. in qua post resurrectionẽ erimꝰ. ⁊ iõ relaxatis ieiunijs canendo al'a. qd̃ interp̃tatur Laudate dñm. in dei laudibus frequentamꝰ. de quo dictũ est in phemio hꝰ partis. Illud tñ notandũ est q̃ in q̃busdã ecclesijs in hac hebdomada alleluia cãtatur in missa sine finali melodia. ⁊ versus ⁊ antiphe sine neuma. sed in sequentibꝰ cantatur cũ illa. ⁊ hoc ideo qꝛ in hac cantamꝰ p dño nr̃o q̃ in aia ⁊ corpe p resurrectiõe iã factus est gloriosus: ⁊ illa finalis melodia expectationẽ nostrã significat. vl'etiã sctõꝝ scd̃e stole expectationẽ Tacemus g̃ qꝛ habemus qd̃ optamus. puuli nãq̃ plorant cũ panẽ non habent. ⁊ cũ hñt qd̃ desiderant tacẽt. ita et nos q̃si plozamꝰ alio tẽpore. qꝛ non habemus qd̃ desideramus ⁊ sancti quasi in desiderio sunt expectatõis In quibusdã etiã ecclesijs in magnis etiã solennitatibus tacetur illa melodia in signum q̃ sancti p quibus celebramus certi sunt q̃ scd̃am stolam quã expectat amittere nõ possũt. Jubilus quidam diuersa notat vt dictum est sub natali. Porro in isti octo diebus cantatur p memoria neophi corũ. ⁊ singulis diebꝰ singula denotata st̃ officia. quod nõ sit in toto tpe vsq̃ ad penthecosten. ⁊ in prima die. s. in sabbato sancto ⁊ in octaua duplices laudes ponunt. In prima em̃ dicit al'a. ꝓfitemini. ⁊ tractꝰ Laudate dñm oẽs gẽtes. in octauo ꝟo dicitur duplex alleluia qd̃ ideo fit qꝛ p̃ma vita nostra que fuit añ peccatũ: beata fuit. ⁊ nõ sempiterna. sed vita que erit i septima quietis erit beata ⁊ sempiterna. Quia ergo prima vita fuit beata. idcirco cantatur primo alleluia. qd̃ est vox angelica. in lingua hebraica qꝛ dignior est. sed qꝛ nõ fuit sempiterna. ideo humiliori lingua latina cantatur tractus laudate. Quia ꝟo vita q̃ erit in septima etate erit beata ⁊ sempiterna. ideo in sabbato i albis q̃ est dies septimus duplex alleluia cãtat̃ propter duplicem stolã vt ibi dicet̃. Nam vita illa que i septima quietis dabit̃ nõ tollet̃ in octaua etate. q̃ p octauũ officiũ intelligit̃. sed potius cõsummabit̃. Circa cãtica leticie notanduz est q̃ quatuor sunt status ecclesie.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Primus est culpe. scd̄s culpe ⁊ pene. terti
us pene et gratie. quartus gratie ⁊ glorie
Primū rep̄sentat ecclesia ī septuagesima
ideoq; subticet: te deū laudamus ⁊ allelu
ia. q; non est speciosa laus in ore peccato-
ris. ⁊ gloria in excelsis deo. q; positus ē in
ter deū ⁊ hoīes paries inimicitiaꝝ. Secū
dum rep̄sentat in aduētu. ideoq; supradi-
cta cantica subticēt̄ p̄ter alleluia. q; lex da
ta deū intelligere docuit ⁊ laudare. Terti
um repꝛesentat in estiuo tp̄e. ideoq; ꝓpter
gr̄am acceptā in festiuis ista cantant̄. ꝫ ꝓ
pter penā istā in ferialibus subticent̄ p̄ter
alleluia. quod etiam quotidie frequentat̄
q; spes de resurrectōe futura nō infirmat̄
Quartuz rep̄sentat inter octauas pasce ⁊
penthe. ideoq; supradicta cātica leticie fre-
quentant̄ ⁊ multiplicant̄. q; tñ nōdū ha-
bem⁹ gloriam quā expectamus. ideoq; te
deū laudamus ⁊ gloria in excelsis in feria
libus subticemus. ⁊ in dñicis in quib⁹ q̄si
duplicē resurrectionē rep̄sentamus. ⁊ eti-
am in festis sctōꝝ. in missa duo all'a canta-
mus. sed in ferialib⁹ vnū vt iā dicet̄. Nec
te moueat ꝙ nō rectū sed p̄posterū ordinē
eccclesia rep̄sentat eo ꝙ erūt nouissimi p̄-
mi ⁊ primi nouissimi. Sic ḡ varietas dieꝝ
et statuū humanoꝝ varietatē inducit offi-
ciorum. Querendū tñ est quare diuīa of
ficia ita distinguūtur vt alia celebrent̄ cuz
solo responsorio. alia cū solo alleluia. et h̄
quandoq; cū simplici all'a. qñq; cū dupli-
ci all'a. alia simul cum responsorio ⁊ allelu
ia. et alia cum responsorio ⁊ tractu. ⁊ alia
cū all'a ⁊ tractu. Dici potest ꝙ die ieiunio
rū q̄bus rñsorium sine alleluia canit̄. reco
lunt act⁹ eoꝝ qui p̄sbyteris grauia ꝯfiten
tur. vt ab illis ꝯsilium accipiant penitēdi.
Ip̄i ḡ dies agunt̄ cum solo responsorio ꝑ
qd̄ vita actiua intelligit̄. que in labore du
citur. sine alleluia qd̄ est cantitū leticie. q;
ecclesia dolet ꝓ talibus tanq̄ꝫ ꝓ membris
vulnerat̄ ⁊ nōdū sanat̄. Ex eo em̄ ꝙ all'a
dimittit̄ rubor ecclesie monstrat̄ quē hz d̄
suis vulnerib⁹ nōdū sanatis. Preterea iō
tūc nō d̄r all'a. q; nō est pulcra laus in ore
peccatoris. In diebus vero profestis que
sunt ab octaua pasce vsq; ad octauam pē-
thecostes simplex alleluia sine responso-
rio canit̄. Primo quia dies illi vitam con
templatiuā significant. q̄ erit post resurre-
ctionem. in qua rñsio nō erit. q; penitētie
actus ibi supfluus erit. sed tantū all'a cane
tur de ꝑcepta immortalitate Scd̄o q; tūc
ꝓ illis canim⁹ q̄ iam sunt ī patria ad q̄s iā
nō ꝑtinet actio laboriosa quā respōsoriuz
notat. sed sunt in dei cōtemplatione ⁊ exul
tatione que intelligit̄ ꝑ all'a. Tertio q; añ
resurrectionē corpoꝝ nostroꝝ aīa sine cor
pore deū laudabit. Quarto q; scti añ diē
generalis resurrectionis simplicem tantū
recipiūt stolā. s. anime. Rursuz in priuat̄
feriis gloria in excelsis d̄o ⁊c̄. ⁊ duplex al-
leluia nō d̄r. q; nondum habem⁹ ꝑfectam
iusticiā nec gloriā quā expectam⁹. Sz q̄a
ecclesia iā primā habet resurrectionē. id̄o
alio tp̄e semꝑ alleluia canit. preter q̄ꝫ in se
ptuagesima. vt dictum est in ꝓhemio hu-
ius ꝑtis ⁊ sub ti. de tp̄e aduent⁹. In octa-
uis v̄o pasce ⁊ in sabbato in albis duplex
alleluia d̄r. q; tūc tp̄s resurrectiōis repre-
sentamus. ⁊ in requie q̄ erit in resurrectōe
duplicem stolā. s. aīe ⁊ corpis ꝑcipiemus
q; erimus vtroq; hoīe. i. in anima ⁊ ī cor-
pore gloriosi. Erimus em̄ incorruptionis
gloria vestiti. In dñicis quoq; que sūt ab
octaua pasce vsq; ad octauā pēthecostes
duplex all'a d̄r. tū q; in resurrectiōe quā ip
si dies significant corpus sil' cū anīa lauda
bit deū. tū q; duo sunt vñ letari debet aīa
ī die sempiterna. vnū de ꝑcepta leticia ali
ud de ꝑcipienda in resurrectōe. tū quia re
surrectio dñi que facta est ī die dominica
est causa nostre resurrectionis future. ⁊ iō
in omnibus dñicis quasi octauā dñice re-
surrectionis rep̄sentamus. In ferialibus
vnū. qm̄ ante resurrectōnē anima vna dū
taxat fruit̄ beatitudine. Rursus ideo vs-
q; ad octauā penthecostes duplex allelu-
ia dicit̄. q; in octaua etate in qua erit cor-
porum resurrectio erimus vtroq; homie
gloriosi. In omnibus quoq; festiuitatib⁹
illo tp̄e occurrentibus duplex all'a d̄r. Et
hoc primo ꝓpter requiem ⁊ fruitionē Se
cundo q; illi iam de duobus gaudent. s. d̄
eterna quiete. et de diuina visiōe. Tertio
q; cum iam habeant gloriam anime secu-
ri sunt de gloria corporis Sex v̄o dies pa
schales videlicet inter sabbatū sanctum ⁊
sabbatū in albis. ⁊ dominici dies atq; fe-
stiui quos celebramus ab octauis penthe
costes vsq; in septuagesimā. in quibus re

sponsorium et alla canit. recolunt act⁹ eorum q̃ elemosynas largiendo. infirmos visitando. ⁊ solum que bona sunt operãdo. pseuerantiam habendo in sanctitate quã i baptismo receperũt sine dubio ad ꝓtemplationem dei p̃ueniunt. Inde est q̃ post responsorium quod vitam actiuam significat. sequitur alleluia quod significat contemplatiuã. sed tunc vnũ tantum siue simplex alleluia dr. ppter causas supradictas Prius aũt dr rñsoriũ ⁊ postea sequit alla put supradictũ est. Dominici autem dies ⁊ festiui a septuagesima vsq̃ in pascha. q̃rũ responsorijs nõ alleluia sed tract⁹ subditur. recolunt eos qui sunt in bonis operibus. sed videntes laborẽ vie timent casum. nam tẽptatõnibus tundunt sine quibus hec vita nõ ducitur. Inter responsorium em̃ ⁊ alleluia tractus est medius qui neq̃ in tanta leticia est sicut alla. neq̃ i tãto ope vt responsoriũ. In sabbato vo sancto gaudentes p̃ neophicis nostris. quia ab omni peccato liberati sunt canim⁹ alla. sed q̃ eos trahendos varijs videm⁹ laboribus tractũ adijcimus. p̃ quẽ laborẽs intelligunt. de quo dictũ est: sub ti. de septuagesima ⁊ in p̃hemio hui⁹ ptis. Quomõ officia istor̃ septẽ dierũ ⁊ officia dñicarũ que sunt inter pascha ⁊ pẽthecosten adaptant septẽ donis spiritussancti sub vigilia ascẽsionis. ⁊ sub sabbato in albis dicetur

Circa euangelia q̃ b̃ tpe legunt sciẽdũ ẽ. q̃ oia ptinẽt ad resurrectionẽ ⁊ iux̃ ordiem scriptor̃ ponunt. Mathe⁹ em̃ p̃mo scripsit. scõo marcus. tertio lucas. vltimo Johannes Vñ p̃mo ponit euangeliũ math. in vigilia pasce. In ip̃o vero die. pasce euangeliũ marci. In scõa ⁊ tertia feria euãgeliũ luce. In quarta ⁊ quita feria ⁊ i sabbato euangeliũ Jobis. In sexta feria int̃ponit euãgeliũ mathei. Sane i euãgelijs vigilie ⁊ diei tantũ agit de annunciatiõe resurrectionis facta p̃ angelũ. In alijs de visione. Cõueniebat em̃ vt prius annũciaret dñi resurrectio. ⁊ postea ad maiorem fidẽ faciendã corporalit ip̃e ab oibus videret. Tria vo Jobis euãgelia omnino preposterere posita sũt. primũ nãq̃ fuit q̃d legitur in sabbato. postea q̃d legit i q̃nta feria ⁊ aliquãto tpe p⁹ q̃d in quarta feria legit Nã maria magdalena cũ venisset ad monumentũ ⁊ nõ inuenisset corpus dñi. sblatũ credidit et cucurrit et nũciauit Petro ⁊ Johãni q̃ cucurrerunt ad monumentũ. ⁊ Jobes p̃cucurrit. ⁊ nõ intrauit. sed petr⁹ tandẽ veniens introiuit. ⁊ postea Jobes intrauit. ⁊ cũ nõ inuenissent redierũt ad p̃pria. Hoc legit in sabbato. Illis redeuntibus maria remansit ad monumentũ ⁊ inclinans se in monumentũ. vidit vnũ angelum sedentem ad caput alium ad pedes q̃ dixerẽt. Mulier q̃d ploras. Que dixit. q̃a tulerũt dñm meũ. ⁊ nescio vbi posuerunt eũ. Et tũc ꝓuersa retrorsum vidit Jhm q̃ dixit ei. Mulier q̃d ploras. quẽ q̃ris. Et illa respiciẽs. ⁊ ortulanũ eũ esse credẽs dixit Dñe si tu sustulisti eũ dicito mihi ⁊ ego eũ tollã. Hoc legit in q̃nta feria. Aliquanto tpe p⁹ petrus iuit piscatũ cũ sex alijs ad mare tyberiadis vbi dñs apparuit eis i litore. Et b̃ legit in quarta feria. Qz quare hec oia? Solutio. In quarta feria cantat b̃ qd̃ cantabit sanctis in die iudicij. Veni te bñdicti patris mei ⁊c. Et i illo euãgelio qd̃ eadẽ die legit dr q̃ dñs apparuit discipulis in litore maris. Et b̃ bñ ꝓuenit. Nã p̃ litus mar| vt dicit b. Greg. sup illũ locũ finis intelligit mũdi i quo dñs apparebit suis gloriosus. ⁊ tũc petr⁹ trahet ad lit⁹ rete plenũ magnis piscib⁹ centũ quadraginta trib⁹. nec tñ scindet rete. Per petrũ itel ligit ordo sctõr̃ plator̃. q̃ d̃ fluctu h⁹ seculi ad litus stabilitatis eterne ducent eos q̃ p̃ ip̃os ꝓuersi sunt. ⁊ b̃ attribuit soli petro ppter ecclesie vnitatẽ. Sed quare legitur in sabbato in albis euangeliũ qd̃ tũc legit Rñdeo q̃ officiũ h⁹ sabbati cũ officio p̃cedentis sabbati sancti in multis conuenit. Nã i p̃cedenti sabbato duplex laus cantatur sic ⁊ in b̃. ⁊ etiã lectio lectõi ꝓuenit. q̃a in lectiõe p̃cedẽtis sabbati dicit. q̃ sursum sunt sapite. nõ q̃ sup terrã. ⁊ lectõe sequẽti dr. Deponentes oẽm dolũ ⁊c. ⁊ ip̃i tanq̃ lapides viui supedificami ⁊c. Et nihil aliud est q̃ q̃ sursum sit sape. Cõueniebat igitur vt euãgeliũ euãgelio corresponderet. qd̃ fit in eor̃ p̃ncipijs. Nã i euãgelio p̃cedẽtis sabbati dr Vespe aũt sabbati q̃ lucescit in p̃ma sabbati. i. diluculo veit maria magdalena. Et in euãgelio seq̃ntis dicit. Vna sabbati maria magdalena venit ad monumẽtũ cũ adhuc tenebre eẽnt. quod

idē est. In hoc tñ videt differētia. qz dicitur ibi q̃ venit maria magdalena ⁊ altera maria. hñ fit mētō nisi ꝺ maria magdalēa Sz vt ait Aug. i li. ꝺ ꝯcoz. euangelioꝝ. iō Johes solā mariā magdalenā nomiat. q̃a fuit ceteris fruētioz. nec tñ ideo ceteras excludit. Euangelium ꝟo mathe⁹ legitur in sexta feria qz dñs per passionē meruit sibi dari ptātem in celo ⁊ in terra. vel poti⁹ data tā notificari. ⁊ qz dñs in sexta feria passus est. idcirco legit euāgeliū mathei i sexta feria. in qua dñs ait discipulis. Data est mihi ois ptās in celo ⁊ in terra. Ult̃ apostol⁹ Christus factus est ꝓ nobis obediens patri vsq̃ ad mortē. mortē aūt crucis. ꝓpter quod et deus ⁊c. Ubi ergo poneret euangelium in quo agitur a Johanne de p̃ma visione domi que facta fuit marie magdalene nisi in quinta feria. In prima em̃ die nō poterat poni p̃dictis de causis. nec i secunda nec in tertia nec in quarta nec in sexta nec in sabbato. Unde restat q̃ in q̃nta feria necessario poni debuerit. ¶ Aliūt quidam q̃ licet in scda feria legat euangeliuz ꝺ apparitione domini facta discipulis euntibus in emaus. nō tñ illa facta fuit ea die sed in p̃cedenti Decē etem̃ apparitiōes p⁹ christi resurrectionē in euangelijs inueniuntur ad fidē nostrā confirmandam. quinq̃ in prima die. ⁊ quinq̃ postea Sz i apostolo dicitur. q̃ in die resurrectionis apparuit Jacobo ⁊ q̃ngentis simul fratrib⁹. et sicut quidam dicunt in ipa etiā die primo apparuit matri. vt dictum est in quarta pte sub ti. de accessu pontificis ad altare. et Jacobo q̃ votū vouerat nō comedere. sed ⁊ Joseph etiā apparuit qui ꝓ eo tenebat i carcere. Verū. qz de visione angeloꝝ ⁊ de maria magdalena euangeliste discordare videntur. ideo aliqua sup hoc p̃ter ꝓpositum dicamus. Nam matheus dicit q̃ mulieres viderunt angelum sedere sup lapidē. qui tñ erat extra monumentuz. Marcus dicit q̃ introeuntes ipse in monumentū viderunt eum sedentem in dextris Johānes dicit q̃ maria magdalena vidit duos angelos vnū ad caput. alium ad pedꝭ sedentes. Lucas dicit q̃ duo angeli stantes dixerunt marie magdalene ⁊ alijs. cur queritis viuentem ⁊c. Item Johānes dicit solam vnam venisse. ſ. mariā magdalenam Matheus duas. ſ. eam ⁊ aliā Marcus tres. ſ. eam ⁊ mariam matrem Jacobi minoris ⁊ mariam filiam salome. que fuit mater filiozum zebedei. ſ. Jacobi maioris ⁊ Johannis euangeliste. ꝟm Chrisosto. tātum salome filia fuit Lucas plures. dic̃ ei Erat aūt maria magdalena ⁊ Johanna ⁊ maria Jacobi minoris subaudi mat̃ et cetere q̃ cū ipis erāt. Et alie venerūt quas ñ numerāt euāgeliste. Eccl̃ia tñ tres marias repñtat. Rursus mathe⁹ dic̃ q̃ mulieres certificate ꝓ angelū int̃ q̃s erat p̃cipue maria magdalena. denūciauerūt apl̃is dñm resurrexisse. Et Johes dicit q̃ maria magdalena nunciauit ꝓtro ⁊ Johāni eū ſb latū fuisse. Vera q̃dē sunt oia q̃ dicūt euāgeliste in his ⁊ nō sunt aduersa. ſ qd̃ vnus min⁹ dicit alius suplet Verū est em̃ sicut narrat mathe⁹ q̃ ꝓmo videt̃ angelū sedētē sup lapidē quē reuoluerat ab ostio monumēti. q̃ ⁊ dixit eis eū resurrexisse ⁊ adiecit Ueite ⁊ videte locū vbi posu. eū. et tūc ipe surgēs p̃cessit eas in monumentū. ⁊ sedit i dextris sic̃ narrat marc⁹ ꝓst maria magdalena vidit vnū ad caput ⁊ aliuz ad pedes sedētes. sicut dicit iohes. q̃ dixerūt ei. Mulier quid plozas. ⁊ nunciauerī eū resurrexisse. Et tunc surrexerūt ipi vt apparerent ei stātes. sicut dicit lucas. vt in ſb q̃ surrexerūt dñm surrexisse ostenderēt ⁊ cū starēt dixerūt ei ⁊ alijs. Cur queritis viuētē cū mortuis. i. eū q̃ surrexit cur q̃rit̃ i sepulcro qd̃ ē loc⁹ mortuoꝝ. Ambrosi⁹ dicit duas fuisse marias magdalenas. ſ. vna q̃ ꝟm matheū sciuit dñm surrexisse alia que ꝟm Johem nesciuit. ſ corpus sublatū credidit. Augustin⁹ ꝟo ꝺ cōcordia euangelistarū sic soluit. Dicit em̃ q̃ cū maria magdalena cū alijs veiret dicēdo. q̃s reuoluet nob lapidē ab ostio monumēti. cū adhuc aliquā tulū lōge eēt vidit lapidē reuolutū ⁊ stati cucurrit ad petrū ⁊ iohem. ⁊ significauit eis corp⁹ dñi fuisse sublatū q̃ venientes inuenerūt monumētū vacuū ⁊ credentes q̃ fuisset sublatū redierī. Maria autē iterū adiūxit se alijs ⁊ ꝓpi⁹ accedens cum eis vidit angelū sedētē sup lapidē sicut dicit mathe⁹. ⁊ cetera sic̃ supi⁹ dicta sūt Zacharias q̃ ꝯposuit vnū euāgeliū ex q̃tuor alit̃ soluit. dic̃ ei q̃ maria magdalēa ⁊ alie venerūt ad monumētū. ⁊ viderūt angelū

sedētē sup lapidē. sic dic mathe⁹. ⁊ post in monumento sicut dicit marcus. ⁊ inde duos stantes vnum ad caput ⁊ alium ad pedes. sicut dicit Lucas. s. illum priorem cū alio. vel eo disparente alios duos. qui dixerunt. Cur queritis viuentem cum mortuis. et significauerunt eum resurrexisse. Alie crediderunt verbis eorum maria remansit incredula. Unde alie nunciauerūt discipulis dominum resurrexisse. illa nunciauit petro ⁊ Johāni eum sublatum fuisse. que post aduentū ⁊ recessum eorum sola remansit ad monumentū. que inclināsse in monumentum vidit duos angelos sedentes vnū ad caput ⁊ alium ad pedes. sicut dicit Johes. qui dixerunt ei. Mulier quid ploras Et illa respondit. Quia tulerunt dominum meū ⁊ nescio vbi posuerūt eum. Et conuersa vidit dñm. Qui dixit ei Mulier quid ploras quē queris? Et illa putās eū ortulanu⁹ esse dixit. Dñe si tu sustulisti eū dicito mihi. ⁊ ego eū tollā. Et tē dñs eā ex noie nomiauit. ⁊ ipsa tunc eū cognouit. et post plures locutiōes angelorū tūc primo credidit. et voluit procidere ad pedes dñi. et domin⁹ dixit ei. Noli me tāgere. nō dū eni ascendi ad patrē meū. subintellegit ī corde tuo. quasi diceret. Quē queris tanq̄ mortuū. nō credis patri esse equalē. Et adiecit dñs. Vade et dic frib⁹ meis. Ascendo ad patrē meū ⁊ patrē vestrū ⁊c. i. in proximo est vt ascendā. Et ipsa cepit ire iā certificata. et inuent] alijs mulierib⁹ iuit parit cū eis ꝗ nunciare apostol. et in illa via apparuit eis domin⁹ dicens Auete Que accesserūt et tenuerūt pedes ei⁹. Predictū aūt modū loquendi in quo quasi generalit dictū ē q̄ mulieres iuerūt nunciare dominū resurrexisse. cum tñ maria que erat vna de ill: tunc incredula fuit sepe in scripturis inuenim⁹. sicut ⁊ dominus dic discipulis. Et me scitis et viā meā scitis. Cum tñ quidā⁹ essent inter eos qui hoc nescirent. Unde domin⁹ ait. Tanto tē pore vobiscū sum ⁊ nō cognouistis me ⁊c Sed illud primo dictū est scientib⁹. istud ignorantibus. Ita etiā dicitur q̄ dom⁹ in⁹ in ascensione apparuit discipulis. ⁊ exprobrauit incredulitatē ⁊ duriciā cordis eorū q̄ his q̄ viderant eū resurrexisse nō crediderunt. cum tñ aliqui inter eos fuerit qui iam crediderant. sic petrus ⁊ alij plures. Sed illud primo dictu⁹ est de incredulis. Hec opinio videt pbabilior q̄ scōa. ⁊ qd dixit Ambrosius. nō est credendū q̄ dixerit asserendo. sed alio⁹ opiniōes referēdo licet ipse eā argumēt] pbare videat. Quibus iuxta pdictā opinionē leuiter respondet. ⁊ ferre totū quod ipse inducit. p interemptionē soluit. verbi grā. q̄ ipse dicit q̄ vna maria fuit ꝓm mathe⁹ que sciuit dominum resurrexisse. hoc est falsum. q̄ alijs credentibus verbis angeli remansit incredula. Augusti. vo nō sic fuisse dicit. vt narrat ꝓ narrat ita potuisse fuisse Unde pbabilior sententie nō ꝓiudicat.

¶ De secunda feria post pascha.

Quia per gloriam resurrectiōis impleuit dominus que pmisit in veteri testamento vt videlicet introduceret nos in terram fluentem lac ⁊ mel. ideo dicit ecclesia in introitu huius secunde ferie. Introduxit nos dominus in terram fluentē lac ⁊ mel. Exo. xiij. q̄ xps iam introduct⁹ est ⁊ ecclesia triumphans in re. ecclesia vero militans in spe. Epistola sumit de actib⁹ apostolorū. x. ca. Stans Petrus ī medio ⁊c. ⁊ intendit pbare passionē christi et resurrectionē. Unde dicit. Huic omnes p phete testimonium phibent Euangeliu⁹ duo ex discipulis Luce. xxiiij. c. cōcordat epistole. de apparitione domini discipulis euntibus in emaus. ibi eū habetur q̄ cognouerunt eum in fractione panis. Quid est fractio panis nisi expositio scpture. ibi eū cognoscitur dominus. Responsoriu⁹ vo concordat cum introitu. Dicat nūc israel. Alleluia. Nonne cor nostru⁹ erat ardens ⁊c. est de scriptura ex expositiōe. In alijs ecclesijs dr alleluia. Angelus domi. Math. vi. ca. Offertoriū. Angel⁹ dñi ⁊c est de testimonio apl'or. Postcommunio Surrexit dñs ⁊c. Luce vi. c. est de apparitione que facta est petro Multiplicat igitur apparitiones vt dictū est ad ꝓfirmādā fidē. Sane ex hodierno euangelio sumit alleluia. Nōne. ⁊ offerenda. Angel⁹ dñi. ex eo q̄ ibi dr mulieres visiōes angelorū vidisse q̄ dicūt eum viuere. Similiter ⁊ communio. Surrexit dñs. ex eo q̄ ibi dicitur

Surrexit domin⁹ vere ⁊ apparuit Simoni. Ad pietatem ergo pertinet hoc officiũ in quo continet̃ rememoratio scripturaꝝ ⁊ pietatẽ accedit ad mansuetudinẽ. Mãsuetis autem terra promittitur illa ꝺ qua dicitur. Beati mites quoniaꝫ ipsi possidebunt terram. scꝫ fluentem lac et mel. Unde in introitu. Introduxit nos domin⁹ in terram fluentem lac et mel. Et sunt ꝥ verba moysi populũ post esum agni de egypto ducentis. Introduxit inquã spe. sed in illã postea introducet re. quam caleph dedit axe filie sue irrigataꝫ irriguo superiori ⁊ inferiori. Irriguum inferius timor ẽ. superius amor. Caleph etem̃ q̃ quasi cor interpretatur. dat anime deuotõnẽ cũ timore pariter ⁊ amore. In hac scꝺa feria fit in vrbe statio apꝺ sanctũ petrũ propter hoc quod in euangelio habet̃. Et apparuit symoni. Et quia ibidem dicitur. Nõne cor nostrum ardens erat in nobis. quia ip̃e p̃ ceteris magis arsit dominum diligendo. Hac die pisces viuos inspicimus recolentes cum gaudio ꝙ dominus ad ꝓbationẽ resurrectionis partem piscis assi comedit Et in tertia feria ad fontes imus vt ibi dicetur. et mulieres verberant viros. Etiaꝫ in his tribus diebus est feriandũ. ꝓut sub pascha dictum est.

De tertia feria post pascha.

In tertia feria ostenditur ꝑ quid habeatur her̃ditas celestis patrie. ostenso em̃ in secũda feria ꝙ in terram fluentem lac ⁊ mel iam introduxit nos deus in spe. ⁊ postea introducet in re. ostendit ꝑ quid habeatur. qꝛ ꝑ diuinã scientiam sue cognitõnem dñi nostri. Unde hec tota feria est ꝺ cognitione siue sapientia dei. ⁊ inde introitus est. Aqua sapientie ⁊c̃. Ecc̃i. xv. c. et est septimi toni quia in septem donis spiritussancti est ista sapientia. In epistola. Surgens paulus. actuũ. xiij. ca. ostendit̃ xp̃i passio ⁊ resurrectio. per quã hec sapientia habetur. Qui em̃ verã fidem habꝫ ꝺ his habet saporẽ dei. Hec aũt cognitõ est dies quã fecit domin⁹. De graduali ergo patet Et nota ꝙ cũ omnes graduales versus hui⁹ hebdomade sumant̃ de psalmo. cxvij. s. confitemini. q̃ est nonus post Dixit dñs. hodiernus sumitur de psal. cvj. s. Confitemini. qui est decimus i matutinali cantate. eo ꝙ iste psalmus exhortatur fideles ad laudem dei q̃ per sapientiam suã redemit ⁊ liberauit eos a quadruplici temptatione. quia liberauit eos de necessitatibus eoꝝ. i. ab infidelitate. ⁊ qꝛ libauit eos de necessitatib⁹ eoꝝ. i. a praua cõsuetudie ⁊ liberauit eos a tedio bone actiõis ⁊ eduxit eos a versutijs heretice impugnatiõis Alleluia est. Surrexit dñs ⁊ apparuit mulieribus Uel ſm alias ecclesias. Oportuit xp̃um pati. quod sumitur de euangelio In alijs etiam dicitur. Surrexit dñs ꝟe. Luce vlti. c. In euangelio ꝟo. Stetit Jesus ⁊c̃. Luce. xxiiij. c. ostendit dominus ⁊ ꝓbat resurrectionem suam discipulis suis per quattuor. Primo per consuetum modum loquendi cum dixit. Pax vob̃. Loquebatur em̃ eis sepe ꝺ pace. ⁊ amator pacis erat. Unde ⁊ ip̃e dominus inquit. In me pacẽ habebitis in mundo autem pressuram. Pacem relinquo vobis. pacẽ meã do vobis. Scꝺo per hoc quod ostendit se palpabilẽ. Tertio quia cum eis comedit. Quarto quia eis aperuit sensum scripturarum. Et quia hanc sapientiam domin⁹ dedit ꝑ se ⁊ ꝑ apostolos. ideo dicit̃ i offertorio. Intonuit de celo dñs. i. de apl̃is vt oẽs crederent in illum. Hec em̃ inquit Johannes scripta sunt vt credatis. ⁊ credentes vitã eternã habeatis. In postcõmunione que est ad col̃. iij. c. inuitamur ad hãc sapientiã. Si cõsurrexistis cũ xp̃o que sursum sunt sapite. ecce de sapientia Et quia de sapientia habetur in hac secunda feria ideo fit statio ad sanctum paulũ q̃ fuit sapientior omnibus apostolis seu cui dominus singulariter aperuit intelligentiã scripturarum. ꝺ quibus legitur in euangelio et introitu. Unde ip̃e dicit. Non a me nec ab homine accepi euangeliũ meũ. sed per reuelationẽ domini mei ihesu xp̃i. Uel qꝛ ꝑ eum maxime ad impletũ est qꝺ in euangelio legit̃. s. oportuit predicari penitentiam in omnes gentes. ideoqꝫ ⁊ eius predicatio legit̃ i hodierna lectõe actuũ apl̃orũ Hac die viri verberãt mulieres ꝓut sb̃ pasca dictũ ẽ. Hac etiã die ad fõtes im⁹ ꝓ eo ꝙ hodie in itroitu viri beati aqua sapiẽtie potati referunt̃. ⁊ i offertorio fontes aq̃rũ

apparuisse memorant.

De quarta feria.

Ostenso in tertia feria de celesti patria ⁊ ꝑ q̄d habeat. oñso etiā in scd̄a feria. q̄ in terrā fluentē lac ⁊ mel ⁊c. introducimur id̄o nunc in hac q̄rta feria inuitamur ad illaz. Uñ introitus est Uenite bñdicti patri mei ⁊c. Math. xxv. c. Quia v̄o dominus dicit. Penitentiam agite. appropinquabit enim regnū celorum. ⁊ quia ibi nō intrant nisi purificati ꝑ penitentiā. id̄o beatus Petrus in epistola. Aperiens. Act. iij. inuitat iudeos ad penitentiaz. Id̄o autem ad penitentiam inuitatur homo. vt d̄ filio dyaboli fiat filius dei. et hec est mutatio dextre excelsi. Propter quod in respōsorio habet. Dextera domini fecit v̄tutez Sequitur alleluia de resurrectione. Surrexit dominus ⁊c. Et in alijs ecclesijs est. Christus resurgens ⁊c. Semꝑ enim i his diebus aliqua de resurrectione dicuntur In alijs etiam dicitur. Cū sederit. math. xxv. ca. Quia v̄o hec mutatio fit etiā quādo homines fiunt filij dei propter predicationem. ideo in euangelio. manifestauit se ihesus. Joh. xxj. c. dicit dominus. Mittite i dexterā nauigij rethe. Hoc facit qui tantū p̄dicat ꝓpter deū. ⁊ tunc trahuntur magni pisces. Postea dedit eis piscem assuz. Piscis assus est xp̄s passus. Hec erit refectio in patria cum comedemus panez angelorum. De quo in offertorio. Portas celi ⁊c. Postcommunio est. Christus resurgens Roma. vj. ca. Et qꝛ beatus Laurentius fuit vnus de magnis piscib⁹ ⁊ fuit assatus pro christo. ideo fit statio ad beatum Laurentium.

De quita feria.

Quinta feria ē de ꝯuersione gentiū ꝓpter passionē ⁊ resurrectionē. Uñ itroitus est. Uictricez manū tuā laudauerunt pariter xp̄iani. qꝛ sapia apuit os mutorū. Uñ Esa. xxv. ca. Tūc claud⁹ saliet sic̄ ceruus. ⁊ apient̄ lingue mutoꝝ Qd̄ factū est qñ xp̄s demones eijciebat. ⁊ faciebat homines mutos loq̄ Uñ in euan. Erat iesus eijciēs demoniū ⁊ illud erat mutū. In epistola v̄o. Angel⁹ dñi act. viij. significatur ꝯuersio ista gentiū. Uñ d̄r ibi d̄ eunucho q̄ ꝯuersus est a philippo q̄ interp̄tat̄ os lāpadis siue os illuminans. qꝛ qñq̄ ꝑ scp̄turarū inspectionē vl̄ p̄dicationē ꝯuertitur homo vt gentiles qui significantur ꝑ eunuchum. qñq̄ v̄o ꝑ inspirationem conuertitur ad dñm vt habetur in euangelio q̄ apparuit Marie magdalene. Quia v̄o ꝑ cōuersionem gentium factus est xp̄us lapis angularis. ideo in versu responsorij habetur. Lapidē quem reprobauerūt edificantes ⁊c. Et quia v̄a conuersio fit ꝑ penitentiam. ideo seq̄t̄ alleluia Math. xxvj. In die resurrectionis mee dicit dñs. precedā vos in galileā. i. in transmigrationē de vicijs ad virtutes. Euangeliū. Maria stabat. Joh. xx. c. est de apparitōe dñi marie magdalene in specie ortulani siue ꝑegrini qꝛ ꝑegrinus est deus hoi q̄diu est in pctō In offertorio. In die solennitatis Exod. iiij. ⁊ xiij. c. similiter ꝓmittit̄ ꝯuertētibus vera beatitudo. In postcommunione v̄o ꝓpl's ⁊c. j. Reg. ij. c. ad laudandum inuitamur. Et fit statio a sanctos apostolos. q̄a in philippo qui interpretatur os lampadis intelliguntur omnes apostoli. per quoruz predicationē conuersio gentium facta est Item quia fratres domini. de quibus in euangelio legit̄: sunt apostoli ꝑ quos os muti aptum est. ⁊ diserte lingue infantiuz ideo statio fit ibi.

De sexta feria.

Sexta feria ē d̄ institutione baptismi. Uñ itroitus est Eduxit eos dñs. scz de egypto. i. de tenebris peccati. et inimicos eoꝝ operuit mare. i. baptismus. ⁊ subijcit̄ ibi ter alleluia. propter liberationē ab hostibus ⁊ bonū gratie. Postmoduz sequit̄ epl'a. Christ⁹ semel. j. pet. iij. c. in qua bea. petr⁹ agit d̄ baptismo ⁊ d̄ arca noe. Sicut em̄ in diluuio ꝑ arcā salue facte sunt aīe licet pauce. s. octo. sil'r ⁊ i baptismo. qꝛ sicut in aquis diluuij. que inundauerunt totuz mundū. mundus a peccatis purgatus est ⁊ ꝑ arcā aīe salue facte suut. ita ⁊ in aquis baptismi. in quo oīa pctā mūdata sūt. per eccl'iam saluati sumus. Sequit̄ graduale Hec dies quā fec̄ dñs. Uersus. Bñdict⁹

qui venit in nomie domini. Est em̃ homo qui consecrat baptisma. sed de⁹ est qui invisibiliter baptizat. Unde sequitur. Deꝰ dñs et illuxit nobis. s. p illuminationē baptismi. ⁊ p illuminationem legis domini. Alleluia est. Angelus dñi. cū duplici ℣su sicut in die pasce. In ecclesijs. quia in hac die agitur de institutione baptismi. vnus versus est ppter christi resurrectionē i corpore. alius ppter stolā anime quā in baptismo suscipiunt baptizati. Euangeliū ℣o est de institutione baptismi Fm math. vl. ca Undecim discipuli abierūt in montem quē constituit illis ihesus. Et sequitur ibi Euntes docete oēs gētes. baptizātes eos in noie patris ⁊c. Et qz in memoria debemus habere istū diē ppter institutionem baptismi ideo sequit i offertorio. Erit nobis memorialis dies ista ⁊c. Exodi. xij. et xiij. ca. Memorialis quidē debet esse dies in qua de vicijs ad virtutes transimus hoc em̃ dixit moyses ō die pasce. Postcōmunio ē. Data ē mihi oīs ptās. math. vl. ca. Quia ℣o btā ℣go credit interfuisse in institutione baptismi. qz vt hierony. ait. b̄ apud nazareth in domo eius actū est. idō hac die fit statio in ecclia eius.

De sabbato in albis.

Sequit de sabbato in albis in quo est introit⁹ Eduxit dñs populū suū i exultatione. hoc maxime in extremo sabbato fieri itelligim⁹. qñ erit vez sabbatū Sz ne iudei credant hoc dictum esse de se. sequitur in epistola prima beati petri. ij. capit. Fratres deponentes oēm malicia ⁊ dolū ⁊c. Sequitur duplex alleluia sine graduali. Primo qz nunc terminat septuagesima. postq̄ sequit octaua resurrectiōis qñ habebit duplex stola anime. s. et corporis ⁊ cessabit labor opis. de quo dictū est i pbemio hui⁹ ptis. et sub ti. de septem dieb⁹ post pascha. ⁊ in quarta pte sub ti. de alla Secundo qz in die iudicij duplex erit gaudium p dominica ⁊ nostra resurrectione. Tertio geminatur alleluia. qz tunc erit leticia sempiterna. qz ei erit leticia vnū alla canit. qz sempiterna Fm cōcinit alla. Quarto qz in octaua resurrectiōis omnis solicitudo deponet. qd̄ significatur in hac octaua die in qua vestis candida siue chrisma le deponitur. ideo in albis nō cantat gdu ale sed duplex alleluia. qz tūc erim⁹ i albis Itē q̄tū ad resurrectionem dñi non debz graduale cantari neq̄ q̄tum ad baptizatos. ⁊ ideo cantatur vnum alleluia p baptizatis. s. Laudate pueri dñm. ⁊ aliud de resurrectione domini. s. Hec dies quā fecē dñs. Preterea ideo post alleluia hec dies sequit alleluia. Laudate pueri qz de leticia animarū transient ad gloriam incorruptibilē corpoz. Euangeliū ℣o. Una sabbati Joh. xx. ca. est de duobus discipulis qui currebant ad monumentū Petrus. s. et Johānes. qui significāt duos populos. cucurrit tamē citius Johannes. i. iudaic⁹ popul⁹. qz habebant ppbas. s. Hieremiā Esaiam ⁊ alios qui ō passione domini loquunt. sed Petrus citius intrauit. i. gentilis populus. non tamen intrauerunt iudei in multitudine. qui em̃ credit itrat. sic dicit Aug⁹. Et attende qz epistola et euāgelium huius sabbati concordāt cū epistola et euangelio sabbati sancti. put dictum est sub titulo de septez dieb⁹ post pascha. In offertorio ℣o de illuminatione per baptismum agunt grates. Ubñdict⁹ q̄ venit ⁊c. Postcōmunio est. Oēs qui in xp̄o baptizati estis xp̄m induistis. Gall. iij. Die ista fit statio ad ecclam beati Jobis in laterano. quia em̃ in precedenti sabbato baptizati sunt pueri. ⁊ in octaua die i lege circūcidebant. ideo recte hac de ipi conueniunt vt hoc spiritualiter agat in baptizatis. ⁊ hoc est quod dicit in epla. Deponentes omnē maliciam ⁊ oēm doluz ⁊c. quasi mō geniti infantes. ne p fenestras quinq̄ sensuum intret morz. Dicit aūt ad horas capitulū. Christus resurgēs. Roma. vj. ca. ⁊ itlud. Expugate ve. ⁊c. j. Corz. v. ca. ⁊ illud. Christ⁹ passus est. j. pet. iij. Quia ℣o in tota septuagesima. que vsq̄ ad hanc diem ptēditur pniam egim⁹. ideo ecclia hodie celebrat in albis vt magis ac magis albi simus sicut dñs ait in euangelio math. iij. Agite pniam. apropinquabit enim regnum celoz Quare hoc sabbatū ōr in alb dictū est sub pasca. Hac die dñs papa distribuit agnos dei. Alicubi etiā distribuitur cereus paschalis. de quo dictum est sb sabbato sancto.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

De recapitulatione dierum precedentium.

Potest etiã aliter dici. q̃ ideo in p̃missis septẽ diebus baptis: nalia celebrant officia vel q̃a baptizati sapientia septiformi docentur. vel quia ipsorum temporis vniuersitas dierũ septenario voluit. quibus q̃ fides spes ⁊ charitas precipue sũt necessaria. ideo tribus psalmis vtimur in nocturnis. Singulorum autem dierũ officia sic possumus septem spiritibus et beatitudinibus coaptare. Officiũ quidez dominice resurrectionis ptinet ad timorez q̃ timemus terribilem sniam iudicis. Cũ em̃ dicet pater rex et iudex omniuz. Resurrexi adhuc tecum sum. in sugillatione inimicorum dicentium. qñ moriet ⁊ pibit nom̃ eius. tunc magnus erit timor ⁊ tremor. vñ ⁊ in offertorio. Terra tremuit ⁊c̃. spiritus timoris vt fundamentũ ponit. Sed quare a timore incipientes in sapiẽtia termiamus. cũ Esa. cepit a sapia ⁊ descẽderit ad timorem. Respondeo. Esaias saluatorez descripsit qui carnem assumendo descendit. Nos ꝛo ꝺ terrenis ad celestia tendere conamur. ⁊ ideo gradus ascendendo connumerare debemus vt a timore ad sapientiam puenire possimus. In scḋa feria legit euãgeliũ de duobus discipulis euntibus in emaus. quibus dñs aparuit ⁊ scripturas moysi ⁊ oim pphetarũ aperuit. et attende q̃ licet hodie legat euangeliuz de aparitione dñi. non tamen hodie. sed heri aparitio sancta fuit. Ad pietatem ergo ptinet hoc officium in quo continet reme morazio scripturarũ. ⁊ accedit ad mansuetudinẽ put ibi dictũ ẽ. In tertia feria legitur euãgeliũ. Stetit ihs. vbi multipharie suã resurrectionẽ pbat. s. p visum p tactũ ⁊ p gustũ ⁊ etiã p auditũ. cum scripturas exponit. Quod ptinet ad scientiã. vñ in introitu. Aqua sapientie ⁊c̃. beati viri potati referũt. In offertorio Intonuit ⁊c̃ fontes aquaꝛ aparuisse memorãt In p̃ cõmunione. Si cõsurrexistis. q̃ sursum sẽt querite sape iubent. Et i euãgelio sensus ad intelligendũ scripturas discipul' apit. Scripturaꝛ q̃pe intelligentia ⁊ scia lamẽti ⁊ luct' est cã effectiua. Qui ei legit i scripturi pphetas ⁊ eoꝛ dñm occisos. q̃quõ doloze mordet. Et quãto q̃s pctã sua itelligit. tãto i luctũ ⁊ pnie lamẽtũ prũpit. Licet igit his dieb' sit gaudijs vacãdũ. tñ in eptam leticiã remoueam'. ne carnes agni sine lactucis agrestibus comedam' q̃z bti q̃ lugent. In quarta feria legit euãgeliũ ꝺ discipul' piscãtib' q̃s dñs iuitauit ad prãdiũ. ⁊ dedit eis panẽ ⁊ piscẽ assũ. i. cognoscere xp̃m eẽ deũ ⁊ hoiem passũ Que q̃dẽ est illa saturitas ꝺ q̃ ꝺz. Bti q̃ esuriũt ⁊ sitiunt iusticiã. qm̃ ipi saturabunt. Nõ g̃ dr̃ ibi. Venite prandete. hoc est qꝺ cantat in introitu. Venite bñdicti pris mei pcipite regnũ. Hoc ei regnũ ẽ prãdiuz eternũ vbi erũt pisces magni. ꝑ vnus est sup prunas nõ passiõis. ꝑ amor. Rõnabilr aũt i feria quarta nobis a xp̃o regnũ pmittit. quia i q̃rta etate regnauerũt dauid ⁊ salomõ. i q̃z manib' xp̃i regnũ speciali' ⁊ pleni' significat. Et q̃z petr' supradictũ rethe traxit terrã. ipi em̃ cõmissa ẽ eccl'ia. ipsi specialit dictũ est. pasce oues meas. iõ p epl'a sumitur ei' p̃dicatio de actib' apl'oꝛ. Ad saturitatẽ q̃z ptinet offerẽda. Portas celi aperuit. s. pphas q̃ p̃dixerũt angelos q̃ annũciauerũt. mariã q̃ genuit apl'os q̃ p̃dicauerũt. doctores q̃ exposuerũt. Per hos oẽs pluit dñs manna in ore egẽtiũ aniaꝛ. i. ꝺi ꝟbũ vl' corporis sacr̃m vt non deficerẽt in via tẽdẽtes ad patriã. vbi comedẽt panẽ ãgeloꝛ. Versus gradual. Dextera domini fecit virtutẽ. cõgruit illi ꝟbo euangelij Mittite in dexterã nauigij rete. Et ẽ sensus. Dextera dñi fecit virtutẽ. q̃z potẽtia ꝟbi mihi vniti fecit me vincẽ mortẽ. Ideo q̃z dextera dñi exaltauit me. i. laudabilem me fecit. ⁊ repetit. dextera dñi fecit ꝟtutẽ vt oñdat resurrectiõis qualitatẽ. s. eternã Vñ sequit. Nõ moriar. ꝑ viuãt. Juxꝛ quẽ sensũ capim'. cũ apostolo in all'a ⁊ cõmunione. xp̃s resurgẽs. Et ptinet hoc ad fortitudinẽ Et q̃z btũs Laurẽtius fuit piscis assus fortis in esurie. ⁊ esuriens in fortitudine. iꝺo fit ibi statio. Officiũ q̃nte ferie ptinet ad cõsiliũ ⁊ misericordiã. Magnũ em̃ fuit ꝯsiliũ peccatricis pedes xp̃i lauantis cũ lacrymis vt misericordiã cõsequeretur. put in euangelio ꝺz. Officiũ sexte ferie ptinet ad mundiciã cordis ⁊ corporis. In baptismo nãq̃z de quo ibi agitur. lauã

tur corpus ⁊ anima. Et qꝛ mundis cordi/
bus visio dei ꝓmittit vt ibi. beati mundo
corde qm ipi deũ videbunt. ⁊ ꝑ mundici-
am ad intellectũ puenitur. ideo recte i euã
gelio dicit. q transmigrãtes deũ videbũt
¶ In sabbato legit euãgeliũ in quo dicit
q licet Iohes ꝑcurrerit. tñ petr⁹ sequens
citius in monumentũ intrauit. ⁊ postea io
hannes. Hi put ibi dictũ est sunt duo po-
puli. Petrus significat gentes q̃ posteri⁹
venerũt ad noticiã passionis. sed tñ ꝓmit⁹
crediderũt. Iohes synagogã q̃ in lege ⁊ ꝓ
phetis ꝓus audiuit dñi passionẽ. sed non
dũ credere in mortuũ voluit. Credet autẽ
cũ isrl'salu⁹ fiet. De his duob⁹ ꝓlis. s. cre
dentib⁹ ⁊ nõ credentib⁹ loquit petr⁹ i epi
stola. deponentes ⁊c. De credentib⁹ dꝛ in
introitu. Eduxit dñs ꝓlm suũ. Eduxit ei
dñs isrl' de egypto cũ auro ⁊ argento. ꝗ il-
lis in deserto murmurantib⁹: ⁊ iõ peunti/
bus. eduxit eos q̃ nõ murmurauerũt d̃ de
serto in terrã ꝓmissionis. Et ꝓpter eosdẽ
dimittum⁹ g̃duale. ⁊ duplicat alla. q̃a tũc
neophici laborabant nũc deũ voce ⁊ ope-
re laudant. Ad eosdẽ ꝑtinet alleluia Lau
date pueri dñm. Totus em̃ ille psalm⁹ ad
lectionẽ dirigit gentiũ. qd̃ ex eius illo fine
pbat. Qui habitare facit sterilem i domo
Eisdẽ pueris ꝓuenit qd̃ canit i offertorio
Bñdictus q̃ venit in noie dñi. Hunc enim
ꝛsiculũ cantauerũt pueri occurrẽtes dño
ad passionẽ venienti. Quod sequitur. Bñ-
diximus vobis de domo dñi. adiecit ma-
ter ecclesia dicens pueris suis Bñdixim⁹
vobis. i. signauim⁹ vos baptismo. nos q̃
sumus familia dñi. qꝛ d̃s dñs illuxit nob.
Sequens versus. Hec est dies. ad gaudi
um spectat credentiũ. Ille ali⁹. Lapidem
quẽ reprobauerunt ad suggillationem pti
net iudeoꝝ. Ad eosdẽ credentes ꝑtinet p⁹
cõmunio. Oẽs q̃ in xꝓo ⁊c. Pertinet igit
officium istud ad pacificos q̃ filij dei voca
bunt. dedit em̃ dñs his q̃ credunt in noie
eius potestatem filios dei fieri q̃b⁹ dat sa-
pientia perfrui.

¶ De prima dominica post pasca.

Octaua pa-

sce incipit tꝑs regressiõis seu re
cõciliatiõis. put dictũ est in ꝓ-
hemio huius partis. Bane in hac die do-
minica in quibusdam ecclesijs fiunt octa/
ue pasce. ⁊ dicuntur rñsoria d̃ die dñica. ⁊
introitũ resurrexi. ⁊ g̃duale qd̃ derelictuꝫ
erat resumunt habentes respectũ ad gene
ralẽ resurrectionẽ ad cui⁹ gloriã ꝑ gradus
ascendit Christi em̃ resurrectio in octaua
etate facta est. Sed cũ paschalis solenni-
tas significet illã octauã q̃ sequit septena-
rium h⁹ vite. querit quare hꝫ octauas cũ
etiã eius solẽnitas ꝓtendat nõ tãtũ ꝑ oc/
to dies. ꝗ etiã vsq̃ ad diẽ pẽthecostes. rñ-
deo qꝛ resurrectio futura significata est ꝑ
circũcisionẽ. q̃ octaua die mandata est cu-
ius vere circũcisionis octo sunt bꝛitudies
quarũ octaua redit ad primã. ⁊ ideo ad re
presentandũ has beatitudines solennib⁹
octo dieꝫ officijs celebram⁹ octauas dñi-
ce resurrectionis que est cã ⁊ signũ nostre
future resurrectõnis ⁊ circũcisionis. Has
beatitudines coaptat Aug⁹. in lib. de do-
ctrina xpiana septẽ spiritib⁹ omittẽs vlti-
mã. qꝛ redit ad primã. Gradatim em̃ a tio
re puenit ad sapiam. Vñ. Initiũ sapie ti-
moꝛ dñi. De hoc dicit i phemio septime
ptis. Quia g̃ nouit baptizati sunt puri. et
qꝛ multos nouellos in quadragesima ge-
nuit eccl'ia. ⁊ qꝛ in illo tpe fuerũt apli puri
ꝓpter quod dñs fuit cuꝫ eis quadraginta
diebus post pascha instruens eos in fide:
vt possent oino fieri spirituales. ⁊ vt vre-
rent igne spũsscti. Propter istas tres cau
sas siue nouitates instruit nos eccl'ia i fide
in hoc tpe. ⁊ iõ in ꝑma quindena legũtur
Apoc. ⁊ actus apl'oꝝ. in q̃bus libris habe
tur de septẽ signaculis. videlꝫ d̃ incarnati
one. natiuitate ⁊c: que xꝑs solus apuit. q̃
sunt maxima principia fidei nostre. Post
modũ in alia quindeua cantat in rñsorijs
de psalmis. ⁊ in lectionib⁹ legunt epistole
canonice vsq̃ ad ascensionẽ dñi. vt supra
fidẽ edificent bona opa. psalmi em̃ et epl'e
bona opa d̃signãt. Et attẽde q̃ añ resurre
ctionẽ lex ⁊ ꝓphete legebãt. post resurre-
ctionẽ ꝓo apoc. ⁊ epl'e canonice q̃ sũt apo
stoloꝝ scripta legunt ⁊ cantibus iubilant
Lex em̃ ⁊ ꝓphete xꝑi passionẽ ⁊ resurre-
ctionẽ ꝑdixerunt. ꝗ apli iã factã annuncia
uerunt ⁊ testificati sunt. Ideoq̃ rñsoriũ il
lud cãtat. ꝓtute magna reddebant apli te
stimoniũ resurrectõis. Rõnabilit q̃z legi-
tur apoc. ⁊ canit eo q̃ i eo visio xꝑi ⁊ ãge-

lorũ collocutio memorat̃. In illa em̃ vita quã paschale significat tp̃s aĩe visione trinitatis ⁊ angeloꝝ cõsortio gratulabuntur Legit̃ aũt apoc̃. cũ historia. Dign⁹ es domine. Alleluia incipit. Ego suꝫ vitis. Nd̃ aũt in quodã respõsorio d̃r decãtabat populus israel alleluia ⁊ vniuersa multitudo Jacob canebat legitime ⁊ dauid cũ cantorib⁹ cytharã ꝑcutiebat in domo dñi. illud respicit ꝙ regno saul destructo. i. mort̃ imperio. arca. id ẽ humanitas saluator̃ in q̃ sunt manna. i. verbum. ⁊ tabule testamenti. i. thesauri sapie ⁊ scie dei absconditi. in hierl̃m ducit̃ ⁊ in tabernaculo collocat̃ vt eterna pacis visione fruat̃ ⁊ ad patris eq̃litatẽ gloriosus exhibeat̃. Cũ aũt supius tpibus infantie saluator̃ paulũ dixerim⁹ esse legendũ. nũc v̄o scripta ceteroꝝ apl̃orum patet ꝙ toto tpe siue añ possionẽ siue postea q̃ dñi pñtia memorat̃ cõgrue p̃cones noui testi loquũtur. vt quasi ab vberibus sponsi filij cõsolationis lacte potẽtur He nãq̃ scripture sunt vbera. de q̃bus d̃r Meliora sunt vbera tua vino. De q̃bus nos sic reficiat deus cui⁹ miscd̃ia plena est terra. vt oẽs de ip̃ius plenitudine accipiamus Et nota ꝙ s̃m romanũ ordinẽ legũt̃ nouẽ lectiones in dñicis a pascha vsq̃ ad penthecosten ꝓut dictũ est sub ti. de septẽ diebus post pascha. Propter nouitatẽ ãt triplicẽ que dicta est incipit introit⁹. quasi mõ geniti infantes ⁊c̃. j. petri. ij. cap̃. In epl̃a v̄o in fide instruimur q̃ incipit. Om̃e qd̃ natum est ex deo vincit mundum ⁊c̃. j. Joh̃. v. c. oñdit fidẽ ꝑ testimoniũ in celo ⁊ in terra ⁊ in cõscientia. In terra cum dicit Tres sunt q̃ testimoniũ ꝑhibent in terra. spirit⁹ aqua ⁊ sanguis. Q̃ em̃ clamore magno dñs emisit spiritũ. ⁊ ꝙ ex eo iam mortuo exiuit sanguis ⁊ aqua indiciũ fuit humanitatis. Et hi tres vnum sunt. i. vnũ significant. Tres ꝑhibẽt testimoniũ in celo pater in voce. verbũ in carne. spũs ĩ colũba. ⁊ hi tres vnũ sunt. De testimonio conscientie sequit̃ in epistola. Qui credit in filium dei iã in se testimoniũ d̃i habꝫ. i. hoc dictat ei conscientia Sequit̃ duplex all̃a. in dñicis enim ⁊ festiuis dieb⁹ ab hac die vsq̃ ad octauam penthecostes canit̃ duplex alleluia. de quo dictum est sub titulo de septẽ diebus post pasca ⁊ sb̃ sabbato in albis. ⁊ sub septuagesima. primũ alleluia est. post dies octo Joh̃. xx. ca. Euangeliũ Cum esset sero. Joh̃. xx. c. est de duabus apparitionibus domini. Prima omnibus apl̃is in ip̃o die pasce excepto thoma. alia octaua die presente thoma qui vidit ⁊ credidit ⁊ tetigit ⁊ dixit. Dominus meus et deus meus. Aliud vidit aliud credidit vidit humanitatem ⁊ credidit deitatem. Et congruit factum interpretationi nominis Thomas em̃ interp̃tatur abyssus. nam ꝓfunde intellexit qui ex eis que exterius vidit deitatis ĩtima penetrauit. Postmodũ inuitat nos in euangelio beatus Johannes ad credendũ ab vtili ⁊ honesto. Utile est em̃ nobis credere. Vñde dicit. Multa signa fecit ih̃s que non sunt scripta in libro hoc. Postcommunio est. Mitte manum ⁊c̃. Joh̃. xx. ca.

De secunda dominica.

Sequitur de secũda dñica post pascha. Quia em̃ ꝑ xp̃i resurrectionez illuxit d̃s nobis. nõ tantũ ꝑuulis. sed etiã ꝑfectis ideo hec dominica de pastoribus est. q̃ debent plene imitari christum. Vnde introitus est. Misericordia domini plena ẽ terra. Ea enim non tantũ paruuli. sed et magni repleti sunt. Et ideo sicut antecedens dominica fuit de paruulis. sic ista est de ꝑfectis. Vnde sequitur. Verbo domini celi. id est apostoli firmati sunt. Et quia Petrus loquitur ad pastores in epistola. Cristus passus est ꝓ nob̃ ⁊c̃. prima Petri. ij. c. ideo nunc fiunt synodi. ⁊ fit statõ ad sanctum Petrum. In fine enim dicitur. Conuersi enim estis nũc ad pastorem ⁊ episcopum animarum vestrarum. Duo alleluia dicuntur. Primum. s. cognouerunt discipuli ⁊c̃. est d̃ resurrectione. In alijs tamẽ ecclesijs dicitur. Surrexit dñs. Mathei vlti. ca. Aliud. s. Ego sum pastor bon⁹ ⁊c̃ Johannis. x. est de prelatis. Euangeliuꝫ v̄o. Ego sum pastor bonus. Joh̃. x. est de bonis prelatis ⁊ mercenarijs. Offertoriũ est. Deus deus meus ad te de luce vigilo. quia prelati debent semper vigilare. Vnde in canticis canticoruꝫ dicitur. Inuenerunt me vigiles qui custodiunt ciuitatem Postcõmunio similiter est d̃ prelat̃. Ego

sum pastor bonus. Joh. x. c.

De tertia dominica.

In precedentibus duab⁹ dñicis ostensum est q̄ parui ⁊ magni ꝑ xp̄i resurrectionē pleni sunt miscd̄ia dñi. Parui eu3 d̄r i introitu p̄cedētis dñice Miscd̄ia dñi plena est terra. Magni cū d̄r ibidē. Verbo dñi celi firmati sunt In hac ꝟo tertia ⁊ in sequētib⁹ duabus dñicis añ ascensionē hortat̄ nos ecclesia ad iubilū ⁊ exultationē ꝓpter xp̄i resurrectionē ⁊ ascensionem Vñ introitus hui⁹ dñice incipit Jubilate deo oīs terra ⁊c̄. Et ibi seq̄t̄ all'a. q2 iubil⁹ est exultatio mētis hīta de eternis. soli āt d̄o iubilandū ē. Seq̄t̄. Psalmū dicite nomini eius. i. hilari opatione ip̄m laudate. ⁊ sequit̄ sil'r ibi vnū alleluia. q2 ab vna radice ortū hñt oīa talia. i. charitate. Sequitur. Date gloriā laudi eius. ⁊ ibidē etiā in fine sequit̄ triplex alleluia. q2 a potētia patris. ⁊ sapia filij ⁊ a benignitate spūssctī ꝓcessit. q̄ nos liberauit ꝑ passionē ⁊ resurrectionē suā. ⁊ iō laudandus est deus Licet aūt sit exultatio. tñ icutitur timor. ne spes sine timore luxuriet i p̄sumptionē. Vñ sequit̄ ꝟsus. Dicite d̄o q̄ terribilia sūt opa tua dñe. Debz ei timē nou⁹ ꝓpl's. q2 iudei excecati sunt. q̄ erāt ꝓpl's peculiaris domini. q̄ licet apposuissent custodes. tñ dixer̄t venerūt discipuli eius ⁊ furati sunt eū. Et h̄ est qd̄ dicit ps̄. Mentient̄ tibi. i. ad honorē tuū. q2 ex hoc magis ꝯfusi sunt inimici tui. i. iudei. Et sequit̄ ibi. In multitudine ꝟtutis tue. q. d. lz vidissent multa miracula. videlicet solē obscuratum. ⁊ petras scissas. In hoc est etiā multitudo ꝟtut̄ d̄i q̄ mendacia inimicoꝝ vertit in suū honorē. In epl'a ꝟo monet petrus baptizatos. vt ambulēt in nouitate vite abstinentes a carnalib⁹ desiderijs dicēs. Obsecro vos frēs tanq̄ aduenas ⁊ pegrinos abstinere vos a carnalib⁹ desiderijs. j. pet̄. ij. c. ⁊ cōcordat cū introitu. q2 gustato spū desipit oīs caro. Quedā eccl'ie dicūt all'a. xp̄us resurgens. Roꝝ. vj. c. Euāgeliū est d̄ resurrectione. Modicū ⁊ nō videbitis me. modicū. i. a morte vsq̄ ad resurrectionē. iteꝝ modicū ⁊ videbitis me. post resurrectiōez ⁊ modicū q2 vado ad patrē. Joh. xvj. ca.

De quarta dominica.

ti dominica. Unde legit̄ Leui.xxiij. Nu-
merabitis ab altera die sabbati.i. a dn̄ica
que est altera dies post sabbatū.numera-
bitis dico septez hebdomadas vsq̄ ad al-
teram diē septime hebdomade Hoc dixit
spūssctūs ꝑ moysen.innuens ꝑ hoc pēthe
costen xp̄ianoꝝ qđ sp̄ est in die dn̄ica. Di
cit ergo lucas de hac die. Dū cōplerēt̄ di-
es penthecostes.erant oēs discipuli pari-
ter in eodē loco.i.in cōsona ⁊ cōcordi vni-
tate. Et fact⁹ est repēte đ celo son⁹.q̄a exi-
stentib⁹ in pnia q̄ est annus iubile⁹ ⁊ ꝯple
tio pēthecostes ⁊ existētib⁹ in vnitate dat̄
spūssanctus.sed repēte.qꝛ nescit tarda re-
rū hr̄e molimina spūssctī gr̄a. In igne aūt
descēdit.qꝛ sic̄ ignis illuminat ⁊ inflamat.
ita spūssctūs illuminat ad cognitionē dei
⁊ inflamat ad amorē dei. Apparuit ḡ i lin-
guis igneis vt facūdi essent in oī genē lin-
guaꝝ.et q̄a ip̄e est lingua q̄ de occulto sue
bonitatis verbū ꝓtulit in vterū virginis
⁊ ꝓfert verbū in corde hoīs. Mathei.x.
Nō vos estis q̄ loq̄mini.sed spiritus p̄ris
vestri qui loquitur in vobis. Ip̄e ei q̄s re
plet eloquentes facit. Sequit̄. Quasi ad-
uenientis spiritus vehementis. Hoc autē
dicit ꝙ nihil potuit r̄sistere spiritui sancto
nec apl'is Unde dn̄s in euangelio mathei
Ego dabo vobis os ⁊ sapiam cui non po
terūt resistere ⁊ cōtradicere omnes aduer
sarij vestri. Et de beato stephano scriptū
est in actibus.ꝙ nō poterant resistere sapi
entie et spiritui qui loquebatur. Quia vo
in epl'a dicit̄ Et factus est repente de celo
sonus.tanq̄ aduenientis spūs vehemen-
tis ⁊c̄.ideo ad hoc representādū in nōnul-
lis ecclesijs clangunt̄ tube dū sequētia dr̄
Venit em̄ spiritussanctus in spū vehemē-
ti. Quia sicut ventus vehemēs ꝓijcit pul
uerē a facie t̄re.sic spiritussctūs eijcit a cor
de hoīs omnem terrenitatē. Tubis q̄dem
vtebantur antiqui vt legitur in numeris.
ad multitudinē cōgregandā. ad dimican
dum.et ad congratulandum in diebus fe
stiuis.cū diuersitate tamen sonoruz. qua-
rum vsus fuit tante virtutis i iubilo vt ad
crepitum siue sonum earuz corruerēt mu-
ri hiericho He siquidem sunt duo testam̄
ta vel predicatores. q̄bus ad ꝓcinctū fid̄i
ꝓl's euocat̄. ad penitentiā ⁊ lacrimabilez
cōpunctionē excitat̄.ad laudes dn̄o exhi
bendas inuitat̄. ⁊ ad montē syon. ⁊ ad ci-
uitatem sanctam hierusalē. ⁊ multoꝝ mi-
lium angeloꝝ frequentiā. ⁊ ad futurū dei
iudicium ꝓuocatur. Et vide qꝛ in aduer-
sis ⁊ ꝓsperis tubis clangitur.qꝛ omne tē-
pus conuenit verbo dei. Un̄. Bn̄dicā do
minum in omni tempore.semꝑ laus ei⁹ in
ore meo. De organis dictū est in q̄rta ꝑte
sb̄ titulo de sanctis Tūc etiā ex alto ignis
ꝓijcitur.qꝛ spiritussanctus descendit i di
scipulos in igneis linguis.⁊ etiā flores va
rij.ad denotandū gaudiū.⁊ diuersitatem
linguarum atq̄ virtutū Columbe etiaz ꝑ
eccl'iam dimittunt̄ in quo ipsa spiritussan
cti missio designat̄. Post epl'am đr ḡdua-

lei quibusdā ecclesijs. qꝛ festū pascale terminatū est. Tamen in q̄busdā alijs d̄ꝛ duplex alla. qꝛ spiritussanctus datoꝛ ē gemine stole. Euangeliū. Si q̄s diligit me. Johannis. xiiij. c. manifeste est d̄ spiritusancto. Postcōmunio est. Factus est. Act. ij ca. Quare hoc festū celebrat̄ a iudeis. ⁊ q̄re a christianis. dicet̄ in ꝓhemio septime partis.

De secunda feria.

Sequit̄ secūda feria in qua ostendit̄ ꝙ nō tātū modo data est lex iudeis. ꝫ etiā gentibus. Unde introit⁹ est. Cibauit eos ex adipe frumenti. i. intelligentia spirituali. ⁊ de petra melle. i. melliflua doctrīa cristi q̄ est petra. saturauit eos. et hoc habet̄ in epistola. Aperiens petrus. actuū. x. ca. in qua habet̄ ꝙ adhuc loquente petro descendit spiritussanctus. Uel frumentū cristus est. cui⁹ adeps est spūssctūs. q̄ fideles satiant̄ cū spiritusancto replent̄. q̄ etiā satiantur melle de petra. i. doctrina d̄ cristo ꝓcedente in quo sunt oēs thesauri sapientie ⁊ scientie dei. Hic aūt ꝓpter ꝓmissiōes que ibi continent̄ cōcinit̄ quater alla. sic ⁊ in feria tertia ⁊ sabbato exponet̄. De hoc etiā dictū est in tertia dn̄ica post pasca Alleluia est. Spūs dn̄i. Sap̄. j. c. Aliud alla est. Loquebant̄. Act. ij. c. Euāgeliū vero Joh. iij. ca. nō videt̄ cōuenire spirituisancto. sed concordat epl̄e Ibi em̄ on̄ditur ꝙ nō tantū iudeis. ꝫ etiā gentilib⁹ data ē lex dicens. Sic deus dilexit mūdū supple nō tantū iudeos. vt filiū suū vnigenitū daret Et postea sequit̄. Ut ois q̄ credit in illum nō pereat. Et nota terribile v̄bū. ꝙ q̄ non credit in eū iā iudicatus est. Preterea per hoc ꝙ h̄ de dilectiōe mētio. fit spiritussanctus q̄ amoꝛ est. satis exprimit̄. Postcommunio est. Spiritussctūs. Joh. xiiij. c. Et est sciēdū ꝙ ꝑ totā hāc septimanā in missa sunt solēnitates ꝟuande. vt gl̄ia i excelsis credo. ite missa est. ⁊ te deū laudam⁹. ⁊ alleluia. vt baptizatoꝝ saluti ꝯgaudeamus ⁊ vt fut̄e leticie plenitudiez figurem⁹ Postremo notādū ꝙ dn̄s nō p̄dicauit gētib⁹ ꝑ se. ꝫ ꝑ apl̄os. Un̄. Ite baptizate eos in noīe p̄ris ⁊ filij ⁊ spūssctī. sicut ysaac iuniori filio suo nihil p̄cepit de offerendo sibi cibo. vt bn̄dictionē accipet. ꝫ ꝑ opationē rebecce p̄matū bn̄dictionis accepit. ⁊ qꝛ hec facta sunt dei occulto iudicio ideo officiū hui⁹ scd̄e ferie ꝑtinet ad ꝯsiliū qd̄ ē domū spiritussancti.

De tertia feria.

Sequit̄ tertia feria. ⁊ qꝛ spūssctūs nō dat̄ nisi ꝑ mīstros. iō i tertia feria d̄ꝛ introit⁹ i ꝑsona p̄latoꝝ Accipite iocūditatē gl̄ie vr̄e. In q̄ qꝛ ꝑ geminā dilectionē ad fidē ꝑtingim⁹ trinitatl. ideo q̄nquies ꝯcinim⁹ alla. ⁊ est sensus. Accipite iocūditatez glorie. i. spm̄sctm̄ q̄ vos glorificabit ⁊ clarificabit. vt q̄sq̄ de se dicere possit qd̄ d̄ꝛ i cōmunione. Spirit⁹ q̄ a p̄re ꝓcedit ille me glorificabit. Seq̄t̄ epl̄a Cū audissent apl̄i Act. viij. vbi seq̄tur. Tūc imponebāt manus sup illos ⁊ accipiebant spm̄sanctū qꝛ impositione man⁹ dabāt spiritūsanctum. Euāgeliū Joh. x. c. concordat epl̄e vbi d̄ꝛ Qui nō intrat ꝑ ostiū ⁊c̄. Nō em̄ intrat in eccl̄iam q̄ nō intrat ꝑ eos q̄ sunt ostiū. s. ꝑ xp̄m ⁊ apl̄os. Nā heretici nō dant spiritū sanctū nisi inquātū cōueniūt cū eccl̄ia. Et qm̄ apl̄i ⁊ eoꝝ successores heresiarchas in spiritu fortitudinis sunt aggressi ⁊ aggrediunt̄. ideo officiū hodiernū ꝑtinet ad fortitudinem. que est spiritussancti donum. Rursus spiritussanctus ostiari⁹ est. q̄ per ostiū introducit ad patrē. qd̄ etiā in offertorio canit̄. Portas celi. i. apl̄orū scripturas aperiet. Postcōmunio est. Spirit⁹ q̄ a patre. Joh. xv. ca.

De quarta feria.

Sequit̄ quarta feria in qua fiūt ieiunia q̄tuoꝛ tēpoꝝ. Apl̄i nāq̄ nobis exemplū ieiunandi h̄ tp̄e reliquerūt qui post susceptū spiritūsanctuz sicut mentes auerterāt a ceteris mūdi illecebris sic ⁊ ab epularuz appetitu. Licet em̄ q̄dīu cū illis fuit xp̄us nō ieiunarent. post ablationē tn̄ eius spōtaneis se subdidere ieiunijs. Sponso eniz ablato eis ieiunanduz erat. sicut dn̄s p̄dixerat. qn̄ spōsus auferet̄ ab eis tūc ieiunabunt. Un̄ repleti spiritusancto spōte ieiunare ceperūt. q̄ circa in p̄cedēti scd̄a feria quidā estiualē inchoāt q̄dragesimaz. Alij

ꝟo sanius hodiernnm ieiuniū autumant esse hui⁹ tp̄is quadragesime initiū. cui q̄dā terminū statuūt in festiuitate scti iohānis siue sex habeat hebdomadas siue nō. Tertij festiuitatē sancti iohis includunt ⁊ eousq̄ ieiunantes sine termino p̄fixo ꝓcedūt. donec senariū cōpleant numerꝫ. Hāc quadragesimā ꝓbat hieronym⁹ nō eē necessitatis. sed volūtatis dicens. Nos vnā facim⁹ quadragesimā illi tres q̄si tres passi fuerint saluatores. nō q̄ ꝑ totū annū ieiunare nō liceat excepto penthecoste. sed qꝛ aliud est necessitate. aliud volūtate munus offerre. Sed h̄ dixit Hierony. ꝯ montanū hereticū q̄ apud suos tribus quadragesimis statuit ieiunandū. Et dr̄ h̄ ieiunium estatis. qd̄ est ieiuniū exultationis i q̄ genua nō flectimus imo cantica leticie dicimus. vt dictū est sub quarta feria tertie hebdomade aduentus. Hoc aūt ieiuniuꝫ statutū est ab ecclesia in tali tp̄e. qꝛ q̄ in se sentit gr̄am spiritussancti leuiter ⁊ cū gaudio ieiunat. ⁊ etiā qꝛ sup̄ ieiunantes descēdit spiritussanctus visibilit̄. Et iō incipit introitus. Deus cū egredieris in ꝯspectu ꝓpl̄i tui ⁊c̄. Egredit̄ aūt dn̄s. qn̄ aliq̄ signo visibili venit ad auxiliuꝫ hoīm. Egressus ꝟo est cū dedit nobis filiū suū. q̄ venit pādens iter añ nos. vt dicit micheas. Egressus est etiā ꝑ sanctispiritus missionem qn̄ visibiliter descendit sup̄ apl̄os. Et quia ꝑ hoc dissipati sunt inimici. ideo seq̄tur ꝟsiculus. Exurgat de⁹ ⁊ dissipent̄ inimici ei⁹ ⁊c̄. Sequit̄ in quibusdā ecclesijs lectio de principio sapie. s. Diligite iusticiā q̄ iudicatis terrā. Ubi oñdit̄ qualit̄ poterit haberi spirirussanctus ibi. Spiritussctūs discipline effugiet fictū. Et in fine dr̄. Spiritus dn̄i repleuit orbē terraꝝ ⁊c̄. Postmoduꝫ sequit̄ epl̄a. Stans petr⁹ ⁊c̄. act̄. ij. c. in qua oñditur q̄ sup̄ ieiunantes descēdit spūssctūs. Et ibi sequit̄. Nō ei isti st̄ ebrij sicut vos dicitis. cum sit hora tertia diei. s̄ h̄ est qd̄ dixit dn̄s ꝑ ꝓphetā Johel. Effūdā de spū meo sup̄ oēm carnem ⁊ ꝓpheta būt filij vestri ⁊ filie vestre ⁊c̄. In alijs ꝟo ecclesijs dr̄ p̄ma lectio. Stans petr⁹. ⁊ p⁹modū epl̄a. Per man⁹ aūt. Act̄. v. c. Due itaq̄ lectiones legunt̄. qꝛ duo ꝓpl̄i ad fidē ꝯuertunt̄ vel qꝛ ordinandi i vtriusq̄ testi pagina imbuūt̄. Sequit̄ all̄a. qꝛ ē ieiuniū exultationis. vt dictū est. Et dicūt q̄dam Pater cū essem. Joh̄. xvij. c. Seq̄tur euāgeliū Joh̄. vj. c. Nemo veit ad me nisi pater q̄ misit me traxerit eū. s. ꝑ spiritū sctm̄. Et post sequit̄. Patres vestri māducauerunt manna ⁊ mortui sunt. qui manducat ex hoc pane viuet ineternū. qꝛ egressū est coram xp̄ianis manna spirituale. sicut ante coram iudeis tp̄ale. sed māducātes corporale mortui sunt. q̄ ꝟo māducauerit spirituale nō morieť morte. s. incredulitatis seu gehēnali. Vn̄ patet q̄ eleganti⁹ egressus est dn̄s corā nouo ꝓpl̄o q̄ꝫ coraꝫ veteri. Cōmunio est. Pacē ⁊c̄. ⁊ est Joh̄. xiiij. c. Et attende q̄ officiū huius quarte ferie p̄dicat scientiā. q̄ est domū spiritussancti. q̄ vsq̄ adeo sanctos illuminat q̄ de quinq̄ libris moysi paucisq̄ ꝓphetaꝝ scripturis libroꝝ copia creuit. qd̄ mistice innuit nob̄ euāgeliū de quinq̄ panib⁹ ⁊ duob⁹ piscibus qd̄ hodie in quibusdā ecclesijs legit̄.

De quinta feria.

Sequit̄ quinta feria. q̄ s̄m aliquas eccl̄ias non habet introitū ꝓpriuꝫ. s̄ qꝛ dn̄s descendit in die dn̄ica ꝑ missionē spiritussancti. ⁊ quinta feria ascendit in celū ideo diei dn̄ice ⁊ quinte ferie cōmunis est itroitus. A dn̄ica g̃ mutuat. nec habet ꝓpriuꝫ vt a sabbato i sabbatū septē dūtaxat sint officia septē donis spiritussancti d̄putata Quidā tn̄ ⁊ huic officio mutuato: nō incōgrue donū ascribunt. hmōi ascriptōes nō a sabbato sed a dn̄ica facē incipientes. In dn̄ica etem̄ ponūt spiritū sapientie. In secunda feria intellectus. In tertia consilij. In quarta fortitudinis. Et i hac q̄nta spiritum scientie q̄ dat scrutari ꝓfunda sicut cantat̄ all̄a. Spiritus omnia ⁊c̄. In q̄busdam ꝟo ecclesijs cantat̄ introitus q̄ i seq̄nti dr̄ feria. s. Repleatur os meū laude tua. Alique ꝟo ecclesie hn̄t ꝓpriū officium scꝫ Deus patꝝ nostroꝝ da nobis spiritū gr̄e ⁊c̄. in quo eccl̄ia orat filijs dari sp̄m̄sanctū ad remissionē peccatoꝝ. ⁊ ad facienda miracula. Et qꝛ ꝑ sp̄m̄sanctum fiunt miracula. ideo habet̄ in epistola. Philippus ⁊c̄. que est actuū. viij. c. q̄ philippus multos claudos sanauit. ⁊ spiritus immūdos eiecit. ⁊ factū est gaudiū magnū in illa ciuita

te.s.samarie. Et qz p spiritũ sanctũ omnia ista fiunt. ideo sequitur euangeliũ. Lu. ix ca. Conuocatis ihs duodecim discipul' suis dedit eis ptãtez sup omnia demonia. ⁊ post. Nõ feretis virgã neqꝫ perã ⁊c. Que fieri nõ possunt nisi spiritussancti abundãtia habeatur.

De sexta feria.

Sexta feria est introit'. Repleat os meũ laud vt possim cãtare alla. qz q̃ gaudet ore et corde põt ieiunare ieiunio exultationis. Et qz est dies veneris in q̃ pass' est dñs ⁊ dies spiritussancti. ideo dicit petrus in epla. Apiens. Act. ij. c. q̃ i q̃busdã ecclesijs legit. q xps suscitatus est a spiritusancto. Vñ ibi hr. Suscitauit ihm solutis doloribus inferni. sicut scriprũ ē. Non dabis sanctũ tuũ videre corruptionẽ. in q̃ significata ē illa spiritussancti opatio q̃ synagoga nunc mortua. pietate resurget p' qꝫ plenitudo gentiũ eadẽ introierit pietate. Predicat q̃ hoc officiũ pietatẽ. Posset etiã ptinere ad spm timoris. p eo q dr in euãgelio. Et repleti sunt timore ⁊c. In q̃busdã ecclesijs legit lectio Exultate filie sion. que est Joel. ij. c. et qz p spiritũ sanctũ fiũt miracula. sequit euãgeliũ. Factum ē. Luc. v. c. de paralitico sanato. Et qz ppt h debet laudari dñs. sequit offertorium Lauda aia mea dñm. Communio ē. Spiritus vbi vult spirat. Joh. iij.

De sabbato.

In sabbato est introitus Charitas dei diffusa ē in cordib' nris. ad Roma. v. c. ⁊ cõpetit spiritui sancto q̃ est charitas ⁊ etiã diei sabbati qz in sabbato future q̃etis maxime diffundet vt q̃ ignicul' est in syon caminus sit in hierlm. Et sequit ysus. Dñe deus salutis mee. i die clamaui ⁊ nocte coram te. Ille em in quo diffusa est spiritussancti grã laudat deũ in psperis ⁊ in adũsis. Sequit epla. Justificati ⁊c. ad roma. v. c. in qua hr de hmõi diffusione. Q eniz charitas dei diffusa est nõ pmittit eã paulus intra fines terre pmissionis tantũ coartari. imo ondit q nõ tãtũ iudeis verum etiã gentib' dat' est spiritussanctus dicẽs ipis iudeis. Vobis optebat primũ pdicari. Qz qz repulistis verbũ dei ⁊ vos indignos fecistis vt eterne ecce ꝓtimur ad gẽtes. In alijs vo ecclesijs dr epla. Cõuenit vniuersa ciuitas ⁊c. Act. xiij. Quia q̃ gentibus datus est spũsanctus iõ seqt allelu ia. Laudate dñm oes gentes. In h em ieiunio nõ tacent cãtica leticie ppter reuerẽtiã festi. nec scõm niceñ. cõciliũ. genua flectimus h stantes oram' ppter neophicos gaudẽtes q a pctis surrexerunt. In alijs ecclesijs dr Repleti sũt oes Act. ij. c. ⁊ spiritus dñi ornauit celos. Job. xxvj. c. Postea seqt euãgeliũ. Surgẽs ihs. Luc. iiij. c. d socru petri sanata. q̃ significat synagogam. q̃ sanata est a petro ab infidelitate. ⁊ pfectius p fidẽ ipi' sanabit i futuro. et sic ꝓuenit cũ epla Fiunt aũt hac die ordines qz sup ordinandos descendit spiritusctũs ⁊ etiã sup ieiunãtes. ⁊ iõ dicũt quatuor lectiones añ lectionẽ daniel put dictũ est sb quarta feria tertie hebdomade aduentus Prima est de principio libri sapie. in qua ondit q̃bus dat spũsctũs ⁊ q̃b' nõ. s. illis q̃ sentiunt de dño in bonitate. ⁊ in simplicitate cordis querũt illũ. In alijs vo ecclesijs pma est de iobele. iij. c. Effundã d spũ meo sup oem carnẽ. qz sicut spũsanct' super aplos descendit visibilit. ita sup ordinandos descẽdit inuisibilit. Scda est. Locutus est. que est. Leui. xxiij. c. Tertia est Dixit moyses. q̃ ē in deut. xxvj. c. Quarta est. Dixit dñs ad moysen que est leuit. xxvj. c. Offertoriũ est. Intonuit dñs. P' cõmunio vo. Nõ vos relinquã. d effusiõe spiritussancti loquit. Potest etiã dici q h officiũ figurat duoꝫ ꝓcordiã pploꝫ iudei. vicz ⁊ gẽtilis. Hi sunt duo ceci d q̃b' dr in euangelio q sunt illuminati a xpo. De q̃ ꝓcordia loquit paulus in epla ad iudeos ⁊ gentiles dicens. Justificati ex fide pacẽ habeam' ad deũ. p dñm nostrũ ihm xpm Sed qz pax aut cõcordia vera nõ fit nisi p charitatẽ. ideo pcinit in itroitu. Charitas dei diffusa est. i quo ter ponit alla. quoniam ad fidem trinitatis ꝓuenit p obsequia charitatis. Lectiones etiã ad ieiuniũ ptinentes attestant opationem ⁊ grãm spiritussancti. vt prima. Effundam te spũ meo Et scda. Locutus est. vbi dicit. Numerabitis septem hebdomadas vsq ad alterã

diem expletionis hebdomade septime. p̄sentem intelligit festiuitatē. que olim dicebatur festiuitas hebdomadaꝝ. Et qꝛ postq̄ gentes intrauerint reliquie isrl̄ saluabūtur. ideo nūc flentib⁹ ⁊ sponsum expectantibus dicit dn̄s in postcōmunnione. Non vos reliquā orphanos. Quia igit̄ h̄ ꝯcordia fiet imminente die iudicij. q̄ etiā electis erit causa timoris. ideo hoc officiū ꝑtinet ad timorē vel qꝛ timor introducit charitatem. lꝫ charitas foras mittat timorē. Et attende qꝛ s̄m Aug⁹. in ordine istoꝝ officiorū descendendo cōputam⁹. In ordie ꝟo pascalium ascendendo. qꝛ ꝑ hec descēsus spiritussancti ad nos. ꝑ illa noster ad ip̄m significat̄ ascensus. Et caue. qꝛ p̄ter missa officia ad ieiuniū ꝑtinentia que in quarta ⁊ in sexta feria ⁊ in hoc sabbato exposuimus. alie quidē lectiones ⁊ euāgelia i eisdem diebus inueniunt̄ que forte solennitati magis appropinquare vident̄ tn̄ hec ⁊ illa gr̄am spiritussancti ꝑsonant ⁊ opationem. Un̄ q̄dam hodie non incōgrue duas missas celebrant. Unā in tertia de festo cū gloria in excelsis ⁊ credo. Aliā in nonā de ieiunio sine gloria in excelsis. in q̄ sunt clerici ordinandi. q̄ merito in hac hebdomada ordinant̄. vt spiritussancti dona ꝑcipe mereant̄. Et memento ꝙ in hac die terminatur quinquagesima. ⁊ ido hodie freq̄ntatur ⁊ cantat̄ ꝑ graduali alla. nec flectūt̄ genua. ꝑtinet em̄ ad octauā. Generale q̄dē est. ꝙ quotiēs in die d̄ tpe gr̄e materia laudis assumit̄ aut dies ad octauā refert̄. genua nō flectim⁹. sed in orationibus stantes collatā nobis gratiā ⁊ ꝯferendā gloriam ꝓfitemur vt cuꝫ olim essemus s̄ui curui. nūc fracto iugo incedam⁹ erecti vt i dominicis diebus in sanctoꝝ natalicijs ⁊ pascalibus. inclinare tamen capita possum⁹. vt mulieres deuotas ad monumētū venientes imitemur ⁊c̄.

De octaua penthecostes.

In plerisqꝫ locis in octaua penthecō. fit festū sancte trinitatis. Postq̄ em̄ celebrata est festiuitas patris in natiuitate. qꝛ natiuitas d̄r festiuitas patris. et postq̄ celebratū est festū filij in pasca. ⁊ festū spiritussancti in missione ipsius. merito in octaua penthe. sit festū eoꝝ simul. festum. i. trinitatis. vt on̄datur ꝙ tres ꝑsone st̄ vn⁹ deus. Et hec prima causa quare celebrat̄ festū triū ꝑsonarū diuinaꝝ simul. Secunda causa est. qꝛ ad inuocationē sancte trinitatis datur in baptismo spiritussanctus vt p̄missum est. Tertia causa ē vt ostēdat ecclesia filijs suis illū a quo sunt omnia bona cuius habet imaginem. ⁊ cuius dꝫ habere similitudinē vicꝫ dei et sancte trinitatis. quā sp laudare debem⁹. Et qꝛ tota intentio est laudare ip̄m. ideo in quibusdaꝫ ecclesijs in singulis antiphonis laudū preponitur versicul⁹ qui laborē significat. ad ostendendū ꝙ toto labore totoqꝫ nisu debemus nos vertere ad laudandū deum et sanctam trinitatem. Et eodē mō fit in quibusdā ecclesijs in festo beate marie in antiphonis laudum. ꝑ eo qꝛ ip̄a se totā vertit in laudem dei. Un̄ tūc in euangelio dicit̄. Maria aūt cōseruabat oīa verba hec cōferens in corde suo. Et qꝛ ipsa priuilegiata fuit in virginitate ip̄a em̄ est virgo virginū In antiphonis q̄ꝫ de beato laurētio ⁊ de beato paulo ⁊ de beato stephano preponūtur quidā versus antiphonis ad maiorem laborem notandū quez in suis martyrijs sustinuerūt Beatus em̄ laurentius grauius ceteris passus est. Un̄ b. Sixtus dixit ei. Maiora debent̄ tibi pro xp̄i fide certamina. Beat⁹ ꝟo paul⁹ plus ceteris laborauit p̄dicando. Et b. Stephan⁹ ꝑ xp̄i fide p̄mus martyr extitit. Sed in h̄ est differētia. qꝛ in nocturnalib⁹ antiphonis tātum de btō Laurentio p̄mittūtur. qꝛ passio sua d̄ nocte consummata est. Un̄ dixit Mea nox obscurū nō hꝫ. Et iteꝝ. Nō est inuenta in me iniq̄tas. Et ita apparet ꝙ totus fuit sacrificiū laudis. Un̄ sp dicebat. Gr̄as tibi ago dn̄e. Mane ꝟo corp⁹ eius fuit ꝯditū et ideo tantū nocturnalibus et nō laudū antiphonis ꝟsiculi p̄ponuntur. Rursus qꝛ versus laborē ⁊ boni opis fructū significant ꝓut tactū est in ꝓhemio q̄nte ꝑtis. merito in dictoꝝ sanctoꝝ natalicijs specialiter p̄mittūtur antiphonis. ad notandū ꝙ ip̄i excellentius labores ⁊ bonorum op̄m fructus suis natalicijs ⁊ martyrijs p̄miserunt. In q̄busdā tn̄ eccl̄ijs antyphone de martyrio beati petri p̄postere p̄ponunt̄ versiculis. ideo qꝛ ip̄e petijt vt i

cruce caput suũ ad terrã vertere͞t. Hi aũt versus trophi vocan͞t quasi laudes ad antiphonas cõuertibiles. Trophos em̃ grece ꝯuersio dici͞t latine. Quia g̃ sp̃ sanctaꝫ trinitatem laudare debemus. ideo ad missam d̃r introitus. Benedicta sit sancta trinitas. quez alicuinus sumpsit de Thobia xij. Postmodũ sequitur epistola de apoc̃ Vidi ostiũ aptum in celo. ⁊ in circũitu sedis. i. ecclesie q̃ est sedes dñi. mare vitreũ. id est baptismũ. in quo summergun͞t om̃s epyptij. i. oĩa pctã. Et nota qꝛ dicit mar̃ vitreum ꝓpter corꝑis fragilitatẽ ⁊ ꝑspicuitatem quã recipit i baptismo. ⁊ est i circũitu. qꝛ ad eccl'iam venire nõ possumus nisi ꝑ baptismũ. Sequi͞t. Simile cristallo. q̃a qui prius erant aque fluxibiles fiũt ꝑ gratiam i baptismo acceptã firmi sicut cristallus. que fit ex aqua congelata ⁊ diuturno gelu in naturã lapidis cõsolidata. Et hec est vna causa quare in hac die legi͞t h̃ epistola. quia in ea dici͞t de baptismo. in quo ꝑ inuocationẽ trinitatis dantur septẽ dona spiritussancti. Scd̃a ratio est. qꝛ i ea inuitamur ad laudes trinitatis. cũ ibi sequitur ꝙ animalia plena oculis ante ⁊ retro. id est p̃lati dabant gloriã ⁊ honorẽ ⁊ benedictionem sedenti sup̃ thronũ viuenti i secula seculoꝝ. Sedens aũt sup̃ thronuꝫ est deus trinitas. Unde sequi͞t. Et procidebant. xxiiij. seniores in facies suas. mittẽtes coronas añ eũ. hoc significat ꝙ oĩa bona nostra debemus attribuere ei. atq̃ omne illud ex quo meremur coronã. Sequi͞t Et non habebant requiẽ dicentia. Sctũs sanctus. sanctus. Et ideo in introitu et in alijs officijs totiẽs repeti͞t. Benedicta sit sancta trinitas. Et ꝓpter hoc responsoriũ siue etiã graduale qd̃ r̃ndet epistole ẽ. Bñdictus es dñe q̃ intueris abyssos. Danie. iij. c. Versus est. Benedicite deũ celi. thobie. xij. c. Et all'a. Benedictus es dñe deꝰ patrũ nostroꝝ. Et offertoriũ. Benedictus est dñe. Et postcõmunio. Benedicimꝰ deum celi ⁊c̃. Thobie. xij. c. Euangeliũ est. Erat homo ex phariseis nichodemus. in quo hr̃ de baptismo q̃ in inuocatione sancte trinitatis significat baptizatos. In aliis v̄o ecclesijs d̃r epl'a. Gaudete ꝑfecti. q̃ ẽ Ad chorin͞t. vl. c. Et in alijs d̃r. Vidi hostium que est Apo. iiij. Et euangeliũ. Cũ venerit ꝑaclitus Joh. xiiij. c. Sciendũ est ꝙ historias de sancta trinitate ⁊ de inuentione sancti stephani cõposuit sctũs Stephanus laudiceñ Rursum cũ attila rex q̃ xp̃ianos ꝑsecutꝰ est fere oĩa volumia christiane religiõis destruxisset alicuinꝰ magister karoli ⁊ ludouici filij eius rogatu bonifacij archiep̃i moguntiñ. multa de ecclesiastic̃ officijs cõscripsit Vñ ⁊ moguntiñ. cõcil'. approbante instituit ꝙ a festo pasce vsq̃ ad dñicam istã tres tantũ dicerentur lectiones. ⁊ hac die de trinitate cantari vsq̃ ad dñicã sequentẽ. et tunc incipe. Dñe in tua miscd̃ia ⁊c̃. ⁊ cõposuit officiũ de trinitate. videlicet r̃nsoriuꝫ antiphonas missam ⁊ sequentiam. q̃ oĩa obtulit alexãdro pape. Ille v̄o r̃ndit nõ esse celebrandũ festum de trinitate sicut nec de vnitate. Nã singulis diebꝰ fit festũ trinitatis ⁊ vnitatis qꝛ semp̃ d̃r. Gloria patri et filio ⁊ spiritui sancto. Et p̃missas historias ⁊ officiũ non admisit Verũ sup̃ueniente heresi arriana fere fuit fides trinitatis extincta. Sed hylarius eusebius ⁊ ambrosius restituerũt. Consensit igi͞t eadẽ de causa Gregꝰ. magnus. vt de trinttate specialia cantaremꝰ ⁊ ecclesias in ip̃ius honorẽ edificaremꝰ. Exinde g̃ est ꝙ de historia trinitatis inueni͞t varia ꝯsuetudo. Alij nanq̃ nõ vtun͞t ea. sequentes reprobationẽ alexandri pape. sed in qualibet dñica ab octaua pentheco stes vsq̃ ad aduentũ cantant in nocturnis nonũ responsoriũ de trinitate. nisi festum aliquod impediat. vt eã cõfitean͞t ꝑ quaꝫ saluan͞t. ⁊ in missa cantant all'a: eã hilari͞t ꝓfitentes vt dictũ est sub quarta parte sb̃ titulo de all'a. Alij v̄o vtun͞t ea cantantes eã in hac prima dñica. sequentes p̃mã institutionẽ alicuini. Alij ponũt eã in fine tẽporis declinationis. s. in vltima dñica videlicet añ dñicam de aduentu. sequentes vltimã approbationẽ gregorij. Romani g̃ nunq̃ celebrant festũ de trinitate. nec etiã has octauas faciunt. Sed in prima dñica post penthecosten incipiũt historiã. Preparate seu deus oĩm. Alij v̄o celebrãt hodie de octaua. s. de spiritusancto ⁊ ponũt eandem epl'am ⁊ idẽ qd̃ p̃diximus euãgelium. ꝓpter baptismatis sacramentũ. ceteris obseruatis sicut in die penthe. celebrãt aũt octauã ad insinuãdã ꝑfectionẽ vl' cõ-

summationem opm spiritussancti Per se
ptem em̄ dies opatio gr̄e septiformis. i oc
ctaua vo ꝯsummatio declarat̄. Et qm̄ oc
taua redit ad caput. ideo oia sicut i die fe-
sto. a vespa in vespam in ip̄is vespis ⁊ in
tribus nocturnalib⁹ psalmis obseruant.
De his octauis dicit Aug⁹. Celebrationē
octauaꝝ feriarū noui hoies celebramus.
Baptismus neophicoꝝ lꝫ in sabbato per
agat̄ ad illū tn̄ baptismū ꝑtinet quē apo-
stoli susceperunt in die penthe cuius octa
ua dies est dn̄ica sequens. Qui vo ponūt
historiā Preparate. seu deus oim. melius
faciunt qꝛ romanā sequūtur ecclesiam. no
stre ꝑegrinatōis recolentes ⁊ ꝑcurrentes
historiā. Nā ꝑ septuagesimaꝫ significam⁹
expulsionem generis humani d̄ patria pa
radisi. ꝑ quadragesimā ꝟuitutē populi sb̄
pharaone. ꝑ pasca immolatōnē agni. per
quadraginta dies pascales q̄draginta an
nos in deserto. ꝑ rogationes terre ꝓmissi
onis ingressionē. ꝑ septem dies pentheco
stes in quibus septē dona diuidunt̄ terre
date diuisionē. ꝑ tempus qd̄ ab hodie seq̄
tur significam⁹ populi afflictionē ⁊ guber
nationē factā ꝑ iudices ⁊ reges. ideoq̄ le-
gunt̄ quatuor libri regum. prout in sequē
ti ti. dicetur.

De p̄ma dn̄ica post penthecostes.

Hic dicēduꝫ re
stat de prima dn̄ica post pente-
costes. q̄ est vna d̄ p̄ncipalibus
dn̄icis. Et iucipit hic quartū tp̄s. s. ꝑegri-
nationis qꝛ sum⁹ in via veniendi ad patri
am. Sed qꝛ hostes habem⁹ priusq̄ illuc ꝑ
ueniamus. s. carnē mūdū ⁊ dyabolū. ideo
legit̄ de libris Regū. in quib⁹ agit̄ de bel
lis ⁊ victoriis vt inuitemur ad pugnandū
fortit̄ contra hostes vt victoriā habeam⁹
sicut iudei d̄ philisteis. ⁊ tandē gloriemur
in celis qꝛ nō est nobis tantū lucta aduer-
sus carnē sꝫ etiā adūsus aereas potestates
Vn̄ primo dicimus in vespis. Benedict⁹
dn̄s de⁹ me⁹ ⁊c̄. Et historia est. Deus om
nium. seu ꝟm romanos. Prepate. Sꝫ q̄a
bellū sine discretione nō bn̄ gerit̄. ideo se-
quenti tp̄e subiungunt̄ libri salomōis. It̄
qꝛ insurgūt vicia. ꝯ que necessaria est pa-
tientia. ideo subsequent̄ subiungit̄ histo/
ria de Job. Recte ḡ inuitamur ad pugnā
qꝛ postq̄ digni sumus in numero iustorū
haberi ꝑ librū numeri iam ꝑlectū. ⁊ in sta
tu ꝑfectionis ꝑ nouā legē. s. ꝑ deuterono-
mium in quo hr̄. Diliges dn̄m deū tuum
ex toto corde tuo ⁊ ex tota anima tua. ⁊ su
mus sub iesu ꝑ librū Josue. ⁊ sub iudicib⁹
id est sub p̄latis ꝑ librū iudicū. ⁊ sumus si
ne acceptione ꝑsonaꝝ ꝑ libruꝫ ruth q̄ fuit
moabitis. restat tantū pugnare. qꝛ tūc ma
gis temptat dyabol⁹. ⁊ sic ordināt̄ libri re
gū in quib⁹ tractat̄ d̄ bellis ip̄oꝝ ad alios
libros. Adaptant̄ etiā ⁊ aliter prime qua-
tuor dn̄ice quatuor libris regū. ꝓut dicet̄
sub quarta ⁊ sub septima ⁊ sub deciaquin
ta dn̄icis. Legunt̄ aūt in tali tp̄e ⁊ p⁹ mis-
sionē spiritussancti. ⁊ post festū sancte tri-
nitatis. qꝛ qn̄ accipim⁹ gr̄aꝫ spūssancti. ex
tunc sumus sil̄es deo. qꝛ ꝑ hoc filij sumus
summi regis et per consequens sumus re
ges. Und̄ in apocalipsi. Fecit nos regū
⁊ sacerdotes deo ⁊ patri suo ⁊ cetera. Et
petrus in canonica. Vos estis genus ele-
ctum regale sacerdotiū ⁊c̄. Ergo cuꝫ sim⁹
reges. Et habeam⁹ aduersarios. nō restat
nisi vt regnū nostrū defendam⁹ qꝛ ex hoc
nobis inuidet dyabol⁹. qꝛ ad illud regnū
sumus assumpti vnde fuit ip̄e deiectus. ⁊
ideo nobis grauis imminet pugna. Nem
pe ostendit̄ nobis dauid in exemplū q̄ vi-
cit ꝑ humilitatē ⁊ ꝑ iocunditatē mentis et
vnctus fuit ter. Primo a samuele in betle
em in signū regni. Scd̄o sup domū iuda ī
regē trib⁹ iuda. a viris iuda in ebron. Ter
tio iterū in ebron. ⁊ in ꝯfirmatiōe regni su
per totum isrl̄. Similiter nos si bn̄ pugna
bimus. ter inungemur. Primo in baptis-
mo. in signum regni. Scd̄o in ꝯfirmatōne
Tertio in paradiso qn̄ regnū nostrū cōfir
mabitur. Saul etiam nobis p̄ponit̄ in ex
emplum q̄ ꝑ inobedientiam amisit regnū
Unde nō simus inobedientes sicut ip̄e fu
it. ne ꝑdamus regnū eternū. Dauid autē
fuit humilis in omnibus opibus suis. qd̄
patet. qꝛ cum luderet coraꝫ arca dn̄i indu
tus ephot lineo depositis regalibus vesti
bus despexit eū michol filia saul dicēs ei.
q̄ nudatus fuerat sicut vnus de scurris.
Et ille respondit. Ludam et vilior fiā an-
te dominum qui elegit me ⁊c̄. Item quan
do venit ad eum nathan ꝓpheta ⁊ redar-
guit eum de peccato suo publice penituit

Itē iocunditatez mentis habuit ⁊ oīa bona a se facta ad deū retulit. Vñ ꝺ eo cātat eccl'ia. Preualuit dauid in philisteū ī funda ⁊ lapide in noīe dñi. Ecce exultatio in deo. Non em̄ confidebat in se. Funda dauid est p̄dicatio. ꝑ quā fundā p̄dicatōnis eijcit̄ dyabol⁹ de cordib⁹ hoīm cū ꝑ durā reprehensionē incutit̄ timor ⁊ ꝯcipit̄ pnīa Lapis ꝟo dura rep̄hensio est Quia ḡ huiusmodi victoria habet̄ ꝑ humilitatē. ideo ad missam incipit introitus. Dñe ī tua misericordia speraui. ecce humilitas dauid. exultauit cor meū. ecce mentis iocunditas ꝑ hec duo vincitur pugna. Et qꝛ ille solus vincit qui nihil sibi sed omīa bona sua ꝺo attribuit ⁊ sperat in eo. ideo bene sequitur oratio. Deus in te sperantiū fortitudo ⁊c̄ Postea sequit̄ epistola de charitate. Deus charitas est ⁊c̄. j. Joh. iiij. c. qꝛ ꝑ charitatem reges sumus. ⁊ ꝑ eā facimus bona opa meritoria regni. ꝑ que regnū nostruz defendimus ⁊ conseruamus. Vñ sequit̄. In h̄ apparuit charitas dei ⁊c̄. Et p⁹. Deus charitas est ⁊c̄. Ibi etiā ostendit̄ ꝙ diligere debem⁹ deū ⁊ ꝓximū. In euangelio aūt. Homo q̄dā erat diues. Luc̄. xvj. c. ostendit̄ ꝙ nō debem⁹ diligere diuitias ꝑ diuitē q̄ induebat̄ purpura ⁊ bysso et ꝑ penā eius. vt em̄ ꝺr ecc̄s. v. c. qui amat diuitias. fructū non capiet ex eis. qui amat scz amore libidinoso. naturali ꝟo vel charitatiuo pōt. qꝛ diuites cū iusticia ⁊ operibus bonis non abijcimus. Habet̄ autē in euangelio de mendico lazaro. in cui⁹ ꝑsona incipit graduale. Ego dixi dñe miserere mei. Et sequit̄ ꝟsus de opibus miscꝺie Beatus q̄ intelligit sup egenū ⁊ pauperē id est intelligit ⁊ p̄cogitat illud qꝺ ē in egeno ⁊ paupe. s. egestas ⁊ pauptas vt ei subueniat. Dicit em̄ Greg. ꝙ debem⁹ eos vocare patronos ⁊ amicos nostros. qꝛ etiam fratres nr̄i sunt. ⁊ sic facere nobis amicos de mammona iniq̄tatis. ⁊ de male acquisitis. vt cū defecerim⁹ ꝑ mortē recipiāt nos in eterna tabernacula. Hoc nō fecit diues ille epulo. ⁊ qꝛ in aliquo noluit pauperi sb̄uenire. ideo cum eo districtissime fecit dominus. vt nō possit habere guttā aque ad refrigeriū lingue. Et ideo sequit̄ alt'a. Deus iudex iustus fortis ⁊ patiens ⁊c̄. Postea sequit̄ offertoriū in ꝑsona mendici. s. Intende voci or̄onis mee. Et qꝛ non obliuiscit̄ de⁹ or̄ones pauꝑum. Seq̄t̄ postcōmunio Narrabo oīa mirabilia tua. ⁊ psalmū dicā ⁊c̄. In q̄busdā tñ ecclesijs legitur hodie euāgeliū Estote miſicordes. qꝺ est Luc̄. vj. c. Et est sciendū ꝙ vrban⁹ papa quart⁹ statuit fieri festuz ꝺ corꝑe xp̄i q̄nta feria post hāc dñicā. ꝯcedens magnā idulgentiā tā clericis officiantibus q̄ꝫ populis ꝯuenientibus ad diuina ꝓut in officio super hoc ordinato habet̄.

De secunda dominica.

Dictū est quod prima causa qua defendim⁹ regnū nostrū est charitas que dilatatur ꝑ cōsiderationē eternaꝝ nuptiaꝝ. de q̄bus in apoc̄. Beat⁹ q̄ vocatus est ad cenā nuptiaꝝ agni. Vñ in hac scꝺa dñica habet̄ de hmōi cena in euāgelio. Lu. xiiij ca. Homo quidā fecit cenā magnā ⁊ vocauit multos. ⁊ misit seruos suos hora cene dicere inuitatis vt venirēt ⁊c̄. Hora cene est ex quo porta paradisi apta est per ip̄m Sequit̄. Et ceperūt omnes se simul excusare. Naz primus dixit. Villam emi. ⁊ necesse habeo videre illam. Scꝺs dixit. Iuga boum emi q̄nq̄z. ⁊ eo ꝓbare illa. Tertius dixit. Vxorem duxi. ⁊ ideo non possū venire. Dñs ꝟo dixit ad ſuū suuz. Vade cōpelle intrare vt domus mea impleatur. Multos em̄ cōpellit intrare ꝑ tribulationes. Illi ḡ q̄ vocati fuerant nō venert̄. q̄a auari q̄ ꝑ primū se excusantē. supbi vl' gulosi q̄ ꝑ scꝺm. ⁊ luxuriosi q̄ ꝑ tertiū intelligūtur. hac cena se reddunt indignos. Vñ versus. Villa. boues. vxor. cenā clausere vocatis. Mundus. cura. caro. celuz clausere renatis. Et quia in hoc isti reddūt indignos. ideo dñs alios vocat Quia ꝟo ꝑ considerationem huius cene dilatat̄ charitas ⁊ quia dñs ꝓtegit habentes charitatem. Ideo incipit introitus. Factus ē dominus ꝓtector meus ⁊ eduxit me in latitudinem charitatis. Sequitur ꝟsus de charitate. Diligā te dñe fortitudo mea ⁊c̄. firmamentū meū ⁊c̄. In or̄one ꝟo petit charitatē. sancti noīs tui ⁊c̄. In epl'a. Nolite mirari. j. Joh. iij. c. hr̄ de vita eterna. ꝑ cuius intuitū amor ꝯcipit̄ ⁊ seq̄tur in fine de charitate. Filioli nō diligam⁹ ꝟbo neq̄z li

gua. ꝓ ope ⁊ veritate. Hec est lingua dolo
sa. q̃ dicũt amatores mundi. Rogo te ha-
be me excusatũ. Dicũt etiã bonis ⁊ sancti
viris. Rogate p nobis ⁊ tñ venire nõ cu-
rant. Et attende q̃ primi duo excusant se.
Per pmũ em̃ supbi intelliguntur. p scõm
oñs qui delectant in q̃ncq̃ sensib⁹ corpis
p tertiũ vo luxuriosi. q̃ se nõ excusant. q̃a
nõ hñt cor. sic hr̃ in Osee. iiij. Fornicatio
vinũ ⁊ ebrietas auferũt cor. Magis enim
absorbet hoiem fornicatio q̃ supbia vl̃ a-
uaricia. Quia q̃ vt dictũ est lingua taliuz
excusantiũ se. ꝓ lingua dolosa. ideo eccle
sia a lingua dolosa petit se liberari in rñso
rio. Ad dñm cũ tribularer clamaui. Et in
versu. Dñe libera ⁊c. Et qz pfectus est q̃
nõ peccat in lingua. ideo scõo tono canta-
tur. Postmodũ sequit alla sil̃r ꝗ charita-
te. Diligã te dñe fortitudo mea ⁊c. Quia
vo ꝓsideratione vite eterne ꝓcipit chari-
tas. vlsa cena petit ꝓuertit i offertorio Cõ
uertere dñe. Et qz ibi cantabim⁹ vocalit.
vt ait cassiodor⁹ sup psalmistam. ois spũs
laudet dñm. nõ erit ibi tantũ cena. ꝓ etiam
maria solẽnitas. Vñ i treñ. j. Vie syon lu
gent. eo q̃ nõ sint q̃ veniãt ad solennitatẽ.
Ideo in postcõmunione p̃mittit se canta-
turũ ibi dño dicens Cantabo dño q̃ bona
tribuit mihi ⁊ psallã ⁊c.

De dominica tertia.

Tertia cã qua-
re inflamamur ad defendendũ
regnũ nostrũ. est ꝓsideratio be-
niuolentie dei qua nos custodit ⁊ diligen-
ter querit Ideo in euãgelio hui⁹ tertie do
minice. Erant appropinquantes. Lu. xv.
ca. habetur. Quis ex vobis homo habẽs
centum oues. i. angelos ⁊ homines. ⁊ si p
diderit vnã. s. hoiem. nonne relinquit no-
nagintanouem in deserto. i. in celo. ⁊ va/
dit querere pditã ⁊c. Aut que mulier ha-
bens dragmas decẽ. s. angelos ⁊ homines
⁊ pdit vnã. s. hoiem in q̃ imaginẽ suam de
pinxerat. nõne accendit lucernã. i. naturã
humanã. in qua lumẽ deitatis posuit vni
endo se ei. ⁊ querit diligenter donec inue-
niat. ⁊ cũ inuenerit ꝓuocat amicos ⁊ vici-
nos dicẽs eis. Cõgratulamini mihi qz in-
ueni dragmã quã pdiderã. Ita dico vob
gaudiũ est in celis angel̃ dei sup vno pec.
pe. agen. Ecce quãta est beniuolentia dei
erga nos. Ista beniuolentia accedit in no
bis charitatem. Quia vo ad nuptias eter
nas non intrant supbi neq̃ luxuriosi neq̃
auari vt premissum est. ideo introitus hu
ius dñice est. Respice i me ⁊c. et dic̃. Vi-
de humilitatẽ meã cõtra supbiã. ⁊ laborẽ
meũ ꝗ luxuriã. qz inops ⁊ paup suz ego ꝗ
auaricia. Et ppter p̃dicta monet nos Pe
trus ad humilitatẽ dicẽs in epl̃a pma. vl.
ca. Humiliamini sub potenti manu dei vt
vos exaltet ⁊c. Et post sequit ibi. Sobrij
estote ⁊ vigilate in orationib⁹ qm̃ aduer.
v. dy. tã. le. ru. cir. q. quẽ de. Et qz tãtã cu
rã hz dñs de nob. ideo in graduali inuitat
nos eccl̃ia dicẽs. Iacta cogitatũ tuũ i do-
mino. ⁊ ipe te enutriet. Versus est. Cum
clamarẽ ad dñm ex. vo. meam ⁊c. Alla est
Dñe refugiũ. Offertoriũ est. Sperẽt in te
oẽs q̃ nouerũt te ⁊c. qz de sperantib⁹ in se
habet curã. Quia vo dñs nõ inuenit nisi
q̃s peniteat. cuz vo quis penitet ad domi
num clamat. ideo sequit postcommunio.
Clamabo. Rursus hoc officium est de pe
nitente. sicut apparet ex ipa communione.
et ex euangelio vbi p dauid intelligit qui
libet penitens ideo etiam dicitur. Gaudi-
um est in celo sup vno pecatore peni. agẽ.
⁊c. ⁊ ex introitu ⁊ alijs. ⁊ ideo cãtat circa
festũ Johis baptiste. q̃ legit populum ad
penitentiã puocasse.

De dñica quarta.

Quarta causa
q̃ defendim⁹ regnũ nr̃m sit opa
miscõie. Vñ i euãgelio luc. vj.
qd̃ legit in hac q̃rta dñica in quibusdã ec-
clesijs ꝓ. Estote misericordes sicut ⁊ pat
vester misericors est. Et post seq̃t. Men
suram bonã ⁊ cõfertã. ⁊ coagitatã ⁊ super
effluentem dabũt in sinũ vestrũ. Quia vo
nõ põt homo opa misericordie facere nisi
prius illuminet̃ a deo. ideo incipit introi-
tus. Dñs illuminatõ mea. Et q̃a p opera
miscõie est ecclesia terribilis. vt castrorum
acies ordinata. sicut ꝓ in canticis cantico
rũ. sequit versus. Si exurgant aduersum
me castra nõ timebit cor meũ. ⁊ si exurgat
i me pliũ ⁊c. Et postea petit in collecta mi
sericordiã ⁊ gratiã dandi elemosynas cuz
dicit. Protector in te sperantium de⁹ ⁊c.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

In epl'a ꝟo. Existimo em̄ ad Roma. viij ca. ostendit p̄miū vbi dic̄ apl's. Nō sūt cō digne passiōes h⁹ tp̄is ad futurā gloriaz q̄ reuelabit̄ in nobis Et post sequit̄. Et oīs creatura ingemiscit expectās reuelationē filioꝝ dei Et vt hāc gl'iaz eccl'ia possit adipisci petit in responsorio veniā ad peccat̄ Propicius esto pctis nr̄is dn̄e. Seq̄t̄ all'a In te dn̄e speraui. qꝛ in se sperātib⁹ ꝓpicius est. Vn̄ psalmista. Qm̄ in me sperauit liberabo eū. Adaptant̄ etiā iste quattuor p̄cedentes dn̄ice quatuor libris regum sic In p̄mo em̄ libro hr̄. quō dauid inunctus fuit. Vn̄ prima dn̄ica incipit introit⁹. Domine in miscd̄ia tua speraui. Et in rn̄sorio hr̄. Et vnxit me vnctione misericordie sue ⁊ oleo exultatōnis. Vn̄ sequit̄ in introitu Exultauit cor meū in salutari tuo. Et ita on̄dit se vnctū oleo leticie ꝑ miscd̄iam dei In scd̄o libro habet̄ quō liberatus fuit ab inimicis ⁊ vnctus bis. vt haberet latitudinem regni Unde in secunda dn̄ica incipit introitus. Factus est dn̄s ꝓtector meus. et eduxit me in latitudinem vt late regnarem. In tertio libro habet̄ quō mortu⁹ fuit. Unde in tertia dn̄ica vtitur eccl'ia voce decedentium dicens. Respice in me ⁊ miserere mei. ⁊ in versu. In te domine sp̄aui In quarto libro hr̄ de ꝓphetis. q̄ illumiati sunt a deo. vt viderent ventura. ⁊ ideo in quarta dn̄ica dicit̄ in introitu. Dn̄s illuminatio mea.

De dominica quinta.

Quinta cā qua defendimus ⁊ obtinemus regnū nostrū est pax cuz inimicis ecclesie et patientia in aduersis ad quaz mutat beatus petr⁹ in epl'a h⁹ quinte dn̄ice. Omnes vnanimes. p̄ma pe. iij. c. dicens. Non reddētes malū ꝓ malo ⁊c̄. Vn̄ i euāgelio habet̄ de reti petri Sed multi sunt q̄ rumpunt rete beati petri. i. concordiam ⁊ vnitatem fraternā. ⁊ ideo in ꝑsona tolerantiū incipit introitus. Exaudi dn̄e vocē meaz q̄ clamaui ad te ⁊c̄. Versus est. Dn̄s illuminatio mea ⁊c̄. Illuminat⁹ em̄ a deo saluat̄ ab hostib⁹. qꝛ sperat in eo. Pro predicta aūt pace cū inimicis ecclesie impetranda orat eccl'ia in collecta dicēs. Da nobis q̄sum⁹ dn̄e vt ⁊ mūdi cursus ⁊c̄. In aliq̄b⁹ tn̄ ecclesijs d̄r. Deus qui diligentibus te: Sequitur euangeliū Luce. v. c. Cum plurime turbe irruerent in ih̄m ⁊c̄. vbi seq̄tur Preceptor ꝑ totā noctē laborātes nihil cepimus. Tales qui laborant in nocte et nihil capiunt sunt qui ꝓ terrenis predicant Sequitur. In verbo aūt tuo laxabo rete. Hoc facit qui habet sciam ⁊ vitam. Talis em̄ concludit multitudinē pisciū copiosā Vn̄ in p̄ncipio tot capti sunt boni ⁊ mali. q̄ rete rumpit̄. ꝑ qd̄ significat̄ q̄ ecclesie vnitas in hac vita rumpit̄ a quibusdam. Sed post resurrectionē capti sunt multi ⁊ tn̄ non est scissum rete ꝑ qd̄ significant̄ boni q̄ non scindūt vnitatē ecclesie. Et ideo i offertorio dicit ecclesia se laudare deū qui q̄ntū ad bonos filios dedit ei intellectū vt non rumpat rete. i. vnitatem eccl'ie. Benedicaz dn̄m qui mihi tribuit intellectū. In cōmunione ꝟo dicit ecclesia se optare vnitatem ⁊ hanc petere a dn̄o. Unā inq̄t petij a dn̄o. licet em̄ plura petat quotidie tamen dicit̄ vnum petere. qꝛ ad vnū finē. i. ad habenduz deum oīa petenda petit. Et hoc est qd̄ ibi sequit̄. Hanc requirā vt inhabitem in domo dn̄i oīb⁹ dieb⁹ vite mee Hoc ideo dicit. qꝛ tunc legit̄ paral'. i. ꝟba dieꝝ q̄ habet eandē materiā cū libro regū ⁊ significat q̄ q̄ in diebus suis bn̄ rexerit se habebit dies eternitatis. Et attēdeq̄ hoc officiū cantat̄ circa festū bti Jacobi qui sicut d̄r in euāgelio. relictis retib⁹ secut⁹ est dn̄m. ⁊ factus est piscator hoim. i. supplantator re ⁊ noīe vicioꝝ.

De dn̄ica sexta.

Quia vero nō valēt oīa p̄dicta. nisi fiat etiam plena iusticia fidei. ⁊ i nouitate vite. iō i hac sexta dn̄ica legit̄ scd̄s lib paralipomenon. vbi hr̄ q̄ ꝯfortauit dn̄s salomonē. ꝑ qd̄ significat̄ q̄ dn̄s spūalit̄ suos ꝯfortat dando eis fortitudinē. iō d̄r in officio h⁹ dn̄ice Dn̄s fortitudo plebis sue ⁊ ꝓtector ⁊c̄. Versus ē. Ad te dn̄e leuaui animā meā qꝛ ab ip̄o est omīs fortitndo. ⁊ tūc bn̄ regim⁹ regnū nostꝝ. qd̄ maxime fit si tendat hō ad ꝓmissiōes dei. Vn̄ dicit̄ i or̄one. Deꝰ q̄ diligētib⁹ te bona iuisibilia p̄parasti ⁊c̄. In epl'a āt. Quicūq̄z baptizati sum⁹ ⁊c̄. ad ro. vj. c. hortat̄ nos pau. vt i

nouitate vite ambulem⁹. alit̃ em̃ nihil valent alia. Et vt ꝗ possim⁹ orat eccl'ia in rñsorio. Cõuertere dñe aliquãtulũ ⁊c. Ille vo q̃ ambulat i nouitate vite p̃parat se ad laudandũ deũ i pñti ⁊ i futuro. Vñ sequitur all'a. Te decet hymn⁹ deus i syon. Ad hãc oronẽ vel pfectionẽ hortamur in euãgelio matth. v.c. Nisi abũdauerit iusticia vr̃a ⁊c. Et seq̃t ibi. Si offers mun⁹ tuum añ altare ⁊c. Et qr nõ põt hõ ꝗ facere sine auxilio dei. ideo orat in offertorio. Perfice gressus meos in semitis tuis ⁊c. Et q̃ talis põt offerre. ideo sequit̃ in postcõmunione. Tollite hostias.

De dominica Septima.

Sequit̃ septima

dñica in qua legũt̃ libri salomonis. vt pabole. eccs. cãtica. lib̃ sapie. quẽ philo cõposuit ⁊ eccl'iastic⁹ quẽ ihs fili⁹ sirach edidit. ⁊ tñ salomoni attribuit̃. hi libri q̃ sunt d̃ opib⁹ sapie salomonis. legunt̃ a kalendis augusti vsq̃ ad kalendas septẽbris. qr menſ̃ iste calid⁹ est. ⁊ estũ significat vicioz. in q̃ nos optet sapiẽter regere sic̃ i medio natiõis praue ⁊ puerse. Vel qr mẽſ̃ iste. s. august⁹ sext⁹ est. Vñ sextilis añ augustũ cesarẽ vocabat̃ ⁊ ver⁹ nr̃ salomon in. vj. etate venit q̃ fecit vtraq̃ vnũ. q̃ fuit dei ꝟtus ⁊ dei sapia q̃ docuit nos sapient̃ viuere ⁊ docere. Hic ẽ xp̃s rex regũ. q̃ septẽ panibus ⁊ paucis piscib⁹ vt legit̃ i euãgelio hodierno: satiauit eos q̃ de longe venerant. ⁊ eũ triduo sustinuerãt. Rursus i hac dñica incipit eccl'ia pabolas salomonis. Post festũ em̃ trinitat̃ legit̃ liber regũ. qm̃ hõ qñ trinitatis sit̃itudinẽ hz. fit rex ⁊ sacerdos. Vñ pponunt̃ ei exẽpla de regib⁹ ⁊ sacerdotib⁹. sic̃ sub p̃ma dñica dictũ ẽ. Postea vo sequũt̃ libri doctrinales. p̃ponunt̃ em̃ exempla doctrinis. qr pl⁹ mouẽt facta q̃ dicta. Actuũ. j. Cepit ihs facere ⁊ docere. Et sic ordinantur libri ad se inuicẽ vt p̃cedant libri exemplares regũ ⁊ paralypomenõ. ⁊ sequũt̃ libri doctrinales salomonis. Que doctrina est refectio spiritualis de qua hr̃ in euãgelio hui⁹. vij. dñice. de hoc dicet̃ sub dominica. xj. ⁊. xx. Et quia huic doctrie bonis operib⁹ respõdere debem⁹. incipit introitus. Oẽs gentes plaudite manib⁹. Et beatus paulus inuitat nos in epl'a ad Rom̃. vj. ca. vt respondeamus illi doctrine seruiendo deo dicens. Humanum dico ppter infirmitatẽ carnis vestre. Unde ⁊ in q̃busdã eccl'esijs sequit̃ responsoriũ. Beata gens cuius est dñs deus eoz. i. q̃ deũ hz p dñõ ei soli seruiẽdo. Et sequit̃ versus. Verbo dñi. i. doctrina dñi celi firmati sunt. i. maiores. sicut apl'i et alij sancti. Seq̃t in quibusdã eccl'esijs alt'a. Attẽdite pl'e meus legem meã. Lex est illa refectio. Illa autem refectio oñditur in euangelio Mar. viij. Cũ turba pluria ⁊c. Et ẽ nõndũ q̃ ibi dr q̃ q̃dã de longe venerũt. s. illi q̃ de peccat̃ enormib⁹ redierunt ⁊ penituerũt. Qui em̃ in pctõ mortali est non habet quid mãducet. Erant autem quatuor milia. s. habentes quatuor cardinales virtutes. ⁊ comederunt ⁊ saturati sunt. qr lex dñi satiat. et remanserunt. vij. sporte. Septẽ sporte sũt predicatores habentes. vij. dona spiritus sancti reficientes alios. In alijs vo ecclesijs legitur euangeliũ. Attendite a falſ̃ prophetis. Quia vo habens hanc doctrinaz videt in quanto piculo sit p̃stitutus. vidz em̃ se esse in fornace babylonis. ideo in offertorio. Sicut holocaustũ ⁊c. Daniel. iij ca. petit se liberari. ⁊ vtit̃ voce triũ puerorũ. In postcõmuniõe vo. Inclina aurem tuam ⁊c. petit liberationẽ accelerari.

De dñica octaua.

Sequitur octaua

dñica. in qua docz nos eccl'esia vitare oẽm vanitatẽ. h̃ enim debz esse effectus doctrine in nobis. quia doctrina docet nos fieri spirituales ⁊ r̃moueri a carnalibus desiderijs ad similitudinem beate virginis cui⁹ festũ instat. Und̃ introitus incipit. Suscepimus de⁹ misericordiã tuã. i. filiũ tuũ ihm xp̃z nobis ex misericordia datũ in medio tẽpli tui. i. in cõmuni eccl'ia tua scõm nomẽ tuũ deus. de⁹ em̃ vbiq̃ noiat̃. sic ⁊ laus tua i fines terre id est vbiq̃. Tẽpluz etiã est btã virgo in q̃ vere suscepim⁹ dei misericõiam. vñ circa ei⁹ festũ rõnabil'r pñs cantam⁹ officiũ cũ sit tẽplũ dñi ⁊ sacrariuz spũsscti. Seq̃t epl'a ad Ro. viij. c. Debitores sumus nõ carni. vt ꝟm carnẽ viuam⁹ ⁊c. i q̃ docemur p̃culcare oẽm carnalitatẽ. ⁊ ad oñendũ q̃ ꝗ pos

sum⁹ seq̄t. Nō em̄ accepistis spm̄ seruitutis iterū in timore. sed accepistis spm̄ adoptionis filioꝝ q̄ gustato desipit oīs caro. Sz qꝛ nō pñt h̄ fieri. nisi dñs ꝓtegat. iō orat i graduali. Esto mihi i deū ꝓtectorē. Rursus qꝛ nō pōt hr̄e h̄ oīa. nisi q̄ gaudet i domino. iō seq̄tur alt̄a. Exultate deo adiutori nr̄o. Gaudiū ei spūale excludit oēm carnalitatē. Quia v̄o q̄dā sunt casti ⁊ hūiles s̄ ficte. ab his docet caueri i euāgelio mat. vij. c. Attendite a falsis ꝓphetis. q̄ p̄tēdūt castitatē ⁊ sunt luxuriosi. Vel ꝓpt̄ humanam laudē sunt casti. sicut fatue virgines q̄bus d̄r. Amē dico vobis nescio vos. Sz dñs humiles vere saluat. Vd̄n seq̄t̄ offertoriū. Populū humilē saluū facies dñe ⁊ oculos supboꝝ humiliabis. Quia v̄o per delicias spirituales oīa cōculcamus. ideo d̄r in postcōmunione. Gustate ⁊ videte q̄niam suauis est dñs ⁊c̄.

De dñica nona.

Postmoduz sequit̄ nona dñica. i q̄ legit̄ liber sapie. Sapia aūt est cogitare d̄ celestibus. et leuare cor ad illa. vñ monet nos ad hoc ⁊ maxime ꝓpter festuz assumptiōis btē v̄ginis qd̄ instat. qñ. s. assūpta est in celū. Et qꝛ hō se sup se leuare nō potest nisi eū dñs trahat. ideo d̄r in introitu. Ecce deus adiuuat me ⁊ dñs susceptor est anime mee. i. sursum captor. Sic em̄ itur ad celestia. nō passibus corpis sed assimulatione mentis ad deum. in quo vitantur omnia mala de quib⁹ sequitur in epistola prima ad Coꝝ. x. c. Non simus cōcupiscētes malorum ⁊c̄. Postea sequit̄ ibi. Fidelis deus q̄ non patiet̄ vos temptari supra id quod potestis. sed faciet cum temptatione ꝓuentum vt possitis sustinere. prius tamen timorem incutit dicendo. Qui stare se putat videat ne cadat. In g̃duali v̄o qui sursum rapitur reddit gratias deo dicens. Domine dominus nosterq̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra. Quoniam eleuata est magnificentia tua sup celos. s. non tantū in christo ⁊ beata virgine id est sup celos materiales et spūales. verum etiaz in sanctis sup celos materiales. In euāgelio Luc̄. xvj. monet vt si nō possimus ꝑ nos volare ad celum faciam⁹ nobis amicos de mām̄ona iniquitatis. id est d̄ diuitijs inequaliter possessis dicēs. Homo quidam habebat villicum ⁊c̄. Homo iste sciuit sic ꝑ prudentiaz carnis disponere q̄ amotus a villicatiōe fuit recept⁹ i domib⁹ domini. ⁊ hoc ꝑ iniquitatē fraudis. Si ergo ille laudatur qui ꝑ iniq̄tatē fraudis sciuit sibi in futurū ꝓuidere. multomagis laudabit dñs eos qui dāt elemosynas quod est prudentia spūs de qua dicit apostol⁹. Est vita et pax qꝛ hō sibi ꝓuidet i futuro. Postea seq̄t̄ Quia filij h⁹ seculi prudētiores sunt filijs lucis in generatiōe sua id est in his que ꝑtinent ad generationem suā. i. circa tꝑalia. Et ego dico vobis facite vobis amicos de mammona iniq̄tatis. vt cum defeceritis. s. moriendo. recipient vos in eterna tabernacula. q̄ sūt sua. Unde bti paupes spū qm̄ ip̄oꝝ ē regnū celoꝝ Et qꝛ nō tantū ꝑ elemosynas s̄ etiā ꝑ orationes volam⁹ ad celestia. iō est alt̄a. Dñe deus salutis mee. i die clamaui ⁊ nocte coraz te. Quia v̄o hec tabernacula per opa iusticia habēt̄. seq̄tur offertoriū. Iusticie dñi recte letificantes corda ⁊c̄. Quo āt ordine hec fiant oñdit̄ in postcommunione. Primū querite regnū dei. Math̄. vj. ca.

De dominica decima.

In dñica decima legit̄ eccl̄iasticus q̄ incipit. Omnis sapia a dño d̄o ē. Ubi oñdit̄ q̄ nō solū sapia sed etiā oīa bona s̄t a deo. ⁊ ideo ab eo solūmodo sūt petēda ⁊ ad eū debemus clamare ⁊ ideo incipit introit⁹. Dū clamarē ad dñm exaudiuit vocē meā. ⁊ qꝛ debem⁹ ip̄m solū orare. sequitur v̄sus. Exaudi d̄s orōnē meā. Et orō i q̄busdā ecclesijs. Pateant aures miscd̄ie tue dñe p̄cibus supplicātiū. In qua collecta patet q̄s rogans dignus sit exaudiri. Unde sequit̄ ibi. Et vt petentib⁹ desiderata concedas fac eos que tibi sunt placita postulare. Et oñdit̄ in epl̄a. Scitis qm̄ ⁊c̄. j. Corinth̄. xij. c. q̄ oīa bona sunt a deo ⁊ ideo ei sunt exhibende gratiarūactiōes Vñ enumerat oībus donis dicit. Hec autem oīa opat̄ vnus atq̄ idē spūs diuidēs singulis ꝓut vult. Sz qꝛ bonū cito amittitur qd̄ non a largiente custoditur sicut dicit Greg. iō seq̄tur rñsorium. Custodi me

dñe vt pupillā oculi. Itē qz ad illū ꝓfugere debemus. a quo oia bona habem⁹ seqt̄ alla. Dñe refugiū fact⁹ es nobis. In alijs ecclesijs dz alla. Te decet. Euāgelium vo qd est in quibusdā ecclesijs. Cū appropin. Luc. xix. c. est de symoniacis. q̄ iniuriant̄ spūisctō. s. in hoc q̄ vendūt ea q̄ ipe dat gtis. vel ad volūtatē suā tribuūt. ac si ab illis essēt illa bona. ⁊ nō a spiritusancto. Et nota q̄ b euangeliū in q̄ hierl'm destructō pdicat̄ in augusto legit̄. qz prius a nabuchodonosor. postmodū a romanis in hoc mēse destructa fuisse inuenit̄. In alijs vo ecclijs legit̄. Dixit ihs ad quosdaz. Seqt̄ offertoriū. Ad te dñe leuaui animā meam q. d. nō ad symoniacos. nō ad plātos praūos. nō ad quosdā fatuos ⁊ simulatos religiosos. q̄ faciunt se a simplicib⁹ adorari. sed ad te a quo oia bona sunt ⁊ qz tūc acceptat de⁹ oia opa nostra. qñ speram⁹ in ipsū. ideo seqt̄ postcōmunio. Acceptab ⁊c.

De dominica vndecima.

Vndecima dominica

